757
Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/memorabiliabibli00myli

Pexx1
278M

M. Joh. Christoph. Mylius,
Buttstad-Thur.
Bibliothec. acad. Jenens. Praef.
Ordin. Philos. Adjunctus. Soc. lat. Jen.
Colleg. honor.
Nat. 1710. d. 29. Jul.

C. F. Brün pinx. J. M. Bernigeroth sc. Lips.

MEMORABILIA BIBLIOTHECAE ACADEMICAE IENENSIS

SIVE

DESIGNATIO CODICVM MANVSCRIPTORVM IN ILLA BIBLIOTHECA ET LIBRORVM IMPRESSORVM, PLERVMQVE RARIORVM

CONCINNATA POTISSIMVM AD VSVS SVORVM IN COLLEGIIS LITTERARIIS AVDITORVM,

A

M. IOH. CHRISTOPH. MYLIO,

BVTTSTADIO-THVR.

BIBLIOTH. ACAD. IEN. PRAEF. ET ORDIN. PHILOS. ADIVNCT. SOC. LAT. IEN. COLL. HONOR.

Venundantur

IENAE ET WEISSENFELSAE,

APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERVM,

M DCC XXXXVI.

SERENISSIMIS
EX
STIRPE ERNESTINA
SAXONIAE
DVCIBVS
MVNIFICENTISSIMIS
ACADEMIAE IENENSIS
NVTRICIIS,
LITTERARVM
ET BONARVM ARTIVM
OPTIMIS CONSERVATORIBVS
PRINCIPIBVS SVIS
AC DOMINIS
LONGE CLEMENTISSIMIS.

HAEC

BIBLIOTHECAE ACADEMICAE IENENSIS MEMORABILIA

DICAT DEDICAT

ATQVE IMMORTALI

EORVNDEM MEMORIAE QVAM SVA,

IN HANC BIBLIOTHECAM MVNIFI-

CENTIA IAM DVDVM CONSE-

CVTI SVNT, CONSECRAT,

AVCTOR

ET SERENISSIMORVM

HORVM DVCVM

DEVOTISSIMVS CVLTOR.

SERENISSIMI DVCES PRINCIPES ET DOMINI LONGE CLEMENTISSIMI!

SERENISSIMIS ueſtris nominibus a me non poterant non pio obſequio conſecrari *Bibliothecae*

academicae Ienenſis memorabilia; Initia enim huius Bibliothecae ſereniſſimorum maiorum ueſtrorum munificentiae ſuam debent originem, ad ueſtram autem liberalitatem eiusdem Bibliothecae referenda ſunt incrementa et amplificatio. Annuos coniunctim reditus Bibliothecae academicae augendae clementiſſime aſſignaſtis, ut per eos conditio bibliothecae quotannis fieri poſſit illuſtrior. Prouidae huic ueſtrae in bibliothecam noſtram academi-

cam curae et clementissimae munificentiae nomine omnium, quibus amplissimo hoc librorum apparatu in academia nostra frui contingit, submissa et deuotissima mente gratias persoluo, gratiam simul, quam illi conseruandae et augendae indulgetis, non minus, quam summam uestram clementiam, qua ducti, huius Bibliothecae curam mihi aliquot abhinc annis clementissime commisistis, publice depraedicans. Conseruet nobis be-

nigniſſimum in coelis numen ueſtram tam munificam mentem, ut per illam in poſterum quoque bibliotheca academica incrementa capiat largiſſima, et utilitati publicae hoc modo proſpiciatur optime. Veſtram autem et ſereniſſimarum familiarum ueſtrarum annorum ſeriem diuina prouidentia ita multiplicet, ut ſummum, quod mortales poſſunt, attingatis uitae faſtigium; Quod ſi piis uotis noſtris conceſſerit Deus ter optimus

mus maximus, per Vos omnes, qui in hac academia degunt, Musarum cultores, tuti uiuent, per Vos salui et incolumes, beati et felices in posterum quoque tempus erunt, et sub clementissimo Vestro regimine bonarum artium culturam pro uiribus, et strenua prosequentur opera. Mea autem qualiacunque litterarum studia ut Vobis commendata habeatis, et opportuno tempore gratia uestra beetis, submissa mentis ueneratione oro

atque

atque contendo. Dabam Ienae in academia Salana die 11. Aprilis MDCCXXXVI.

M. Ioh. Christoph. Mylius,
Bibliothecar. et Adiunct.

PRAEFATIO
AD
LECTORES BENEVOLOS.

Iamdudum eruditi, uicini pariter atque exteri, *(a)* in uotis habuerunt maxime, ut potiorum librorum et potissimum codicum manuscriptorum, qui in Bibliotheca nostra academica reperiuntur, typis exscriberetur designatio; uariis enim occasionibus cognouerant, scripta notatu dignissima in hac Bibliotheca latere, *(b)* quae magis in usus suos conuertere posset eruditorum societas, si uel tituli tantum librorum memorabilium, aut

(a) e. g. celeb. TENTZELIVS *in monatlichen Unterredungen* 1692. p. 870.

(b) Ideo etiam celeb. HEVMANNVS in *conspectu reipubl. litterar.* cap. 4. §. 61. non immerito monet, Bibliothecam academicam Ienensem, quia accessione Bibliothecarum ARVMAEI, BOSII, SAGITTARII et DANZII quam maxima ceperit incrementa, bibliothecarum academicarum reginam haberi, prouocans pro confirmanda hac sententia ad illustris STRVVII *introductionem in notitiam rei litterar.* cap. 4. §. 31.

saltim prae aliis utiliorum indicarentur, ut si opus fuerit, istorum librorum habere possent copiam. Obtemperandum itaque honestis eiusmodi eruditorum desideriis, et concinnandam esse putaui potiorum uarii generis codicum manuscriptorum et librorum, in bibliotheca academica Ienensi exstantium, designationem, ne quis scriptorum praestantiorum ignorantia prohibeatur, quo minus doctissimos proferre queat in lucem ingenii sui foetus. De utilitate et necessitate catalogorum, qui ad seriem librorum, in publicis Bibliothecis reperiendorum, contexuntur, et typis exscripti, cum lectoribus communicantur, non est, ut multa differam; in cuiuslibet enim oculos facile eiusmodi catalogorum utilitas incurrit. Primum enim in bibliothecas publicas plerumque longe praestantiores, pretiosiores et rariores libros illatos deprehendimus, quam in priuatarum personarum bibliothecas. Deinde etiam longe alia et diuturnior est talium catalogorum, in libros Bibliothecae cuiusdam publicae confectorum, ratio et conditio, quam catalogorum, qui bibliothecarum priuatarum libros indicant; Illi enim post longam quoque annorum seriem usum adhuc praestare possunt insignem, quoniam libri, bibliothecis publicis inserti, non facile aliorsum transferri, nec ordo librorum,

semel

semel receptus, mutari solet, cum priuatarum bibliothecarum libri saepius ab uno loco in alium migrent, et singulis fere annis alios nanciscantur possessores, ut, ubi libri, qui antea in his, uel illis Bibliothecis priuatis exstiterant, reperiantur, aut quorsum peruenerint, plerosque fugiat, quia auctionis, ut uocant, fato, plerumque ab uno ad alterum transeunt possessorem, cum libri Bibliothecarum publicarum sedem fixam et constantissimam habeant, ideoque post multos etiam annos in pristino suo reperiri queant loco. Porro uel eam ob caussam librorum, in bibliothecis publicis, praesertim academicis, exstantium, designatio longe utilissima est et maxime necessaria, quoniam in tanta publice priuatimque docentium, nec non studiosorum copia, quanta in academia nostra conspicitur, permulta, eaque uarii generis scripta ad utiliorem Collegiorum tractationem, ad opera integra, libros, tractatus et dissertationes, tam a doctoribus academicis, quam ab ipsis studiosis conficiendas, necessaria sunt, quae raro in bibliothecis priuatis reperiuntur, quoniam ad illa comparanda reditus priuatarum personarum uix, uel prorsus non sufficiunt. Quodsi etiam rariores libri in priuatis bibliothecis exstant, difficilius tamen illi ex bibliothecis priuatis, quam ex publicis cum aliis communicari solent, quod ipse haud raro expertus sum.

Apud animum quidem primum constitueram, in hoc bibliothecae nostrae academicae catalogo frequentiores plerisque libris rariori-bus adiicere obseruationes litterarias, quae uel ad historiam librorum et fata eorundem atque editiones, uel ad librorum auctores spectabant; sed quia sub manibus crescebat opusculum, et etiam multi studiosorum praeoptabant, ut quantum possem, uel solis titulis, indicarem librorum numerum, uarias, quas in promtu habebam, omittere cogebar eiusmodi obseruationes litterarias; peculiari tamen commentario, raritatem uariorum adhuc librorum pluribus, intra anni saltim spatium, si Deus uitam concesserit, illustrabo et luci clariori exponam. Quemadmodum enim non uno ictu concidere solet arbor, ita nec unico, sed repetito saepius labore, efficitur necessaria operis cuiusdam, uel scripti utilitas. Potissimum in contexenda hac librorum Bibliothecae nostrae academicae consilium erat, ut eruditi et litterarum studiosi acciperent librorum, qui in hac Bibliotheca exstant, notitiam. Publici quidem iuris iam olim illustris, nunc beatus *Burcard. Gotthelff* STRVVIVS fecit *historiam et memorabilia Bibliothecae Ienensis*, quae etiam *accessioni alteri, collectioni Maderianae de Bibliothecis adiunctae* a I. A. S. D. (i. e. *Ioh. Andr.* SCHMIDIO, Doctore) et *Helmstad.* 1705. in 4. editae p. 281-292. inser-

ta

ta sunt, sed pauciſſima illa, quae de Hiſtoria et Memorabilibus Bibliothecae academicae Ienenſis attulit beatus STRVVIVS, hoc quidem tempore ſatisfacere poſſunt nemini, cum praeſertim duae poſt tempora b. STRVVII ad hanc Bibliothecam factae fuerint inſignes acceſſiones, *Danzianae* nimirum et *Birckneriana* bibliothecae, quarum bibliothecarum praeſtantiſſima et rariſſima ſcripta non indicare potuit illuſtris STRVVIVS. Idem dicendum eſt de *Caſp.* SAGITTARII oratione, quam *de Bibliotheca academica Ienenſi* habuit, et quam inſertam deprehendimus ſecundae *Schmidianae* de Bibliothecis collectioni p. 297-308.

Monendos autem putamus, quod attinet ad hanc bibliothecae noſtrae academicae librorum deſignationem, lectores noſtros 1) Neminem perſuadere ſibi debere, omnia bibliothecae noſtrae academicae ſcripta in hac librorum deſignatione eſſe indicata; potiora tantum protulimus in medium, cetera, quae minoris uſus uidebantur omittentes; interdum autem minoribus quoque ſcriptis locum in hac deſignatione reliquimus, partim, quia de peculiari argumento tractabant, partim quia rarioribus ſcriptis accenſenda erant. 2) Occurrunt in ſpecialioribus librorum claſſibus interdum nonnulli libri, qui iure ſuo ad hanc claſſem minime referendi erant e. g. p. 46. n. 203. *Directo-*

vium Sacerdotale libris iuridicis insertum est, quod tamen potius ad libros theologicos pertinet. p. 49. n. 256. BVDAEVS *de transitu Hellenismi ad Christianismum* potius inter scripta historica, uel philologica, quam iuridica collocandus erat. p. 63. n. 457. Tractationes philosophicae in librorum medicorum numero, non satis commodo loco, indicantur. p. 97. n. 797. VENETI Harmonia mundi non tam ad libros mathematicos, quam potius ad philosophico-theologicos pertinet, eadem pagina num. 799. *Petr.* MARTYR *de rebus Oceanicis* inter libros historicos aptiorem, quam inter libros mathematicos inueniſſet locum p. 107. n. 840. ZABARELLAE opera logica incommodum inter libros ethicos obtinuerunt locum. p. 125. libri n. 992-1012. occurrentes, perperam inter libros poeticos sunt relati. p. 127. n. 1021. VELSII commentarii in tabulam CEBETIS nullo modo ad libros logicos pertinent p. 135. n. 1076. NICANDRI Theriaca, liber medicus est, nequaquam mathematicus, p. 138. num. 1107. CHYTRAEI commentarius in Herodotum, libris rhetoricis non accensendus erat, sed libris historico-philologic. p. 148. n. 46. DIODORVS Siculus perperam libris Theologicis immixtus est. p. 175. n. 196. Summa *Alexandri* de ALES ad libros potius theologicos (quia est systema theologicum) quam ad libros iuridicos pertinet, et sic pluri-

pluribus aliis in locis passim libri loco, minus commodo, collocati sunt; sed omnes hi naeui non ex mea forte ignorantia, uel negligentia orti sunt, uerum ex illius, qui primus libros bibliothecae electoralis in certas quasdam classes distribuit, culpa, cuius errores emendare mihi ideo non erat liberum, quia libros, certo loco constitutos, alio loco, uel sub alio capite indicare non poteram, alioquin ordo, in catalogo manuscripto Bibliothecae academicae semel receptus, nimis fuisset turbatus. Haec igitur ne uitio mihi aequi lectores uertant rogo atque obsecro, uelintque considerare, sub singulis librorum titulis a potiori librorum numero factam esse tituli denominationem; nonnullos autem libros culpa primi, qui biblioth. catalogum concinnauit, auctoris, incommodo prorsus loco, et sub titulo minus apto, collocatos esse. Sic etiam sparsim in aliis capitibus libri, ad primitias typographicas referendi, deprehenduntur, quos ideo ad caput de libris antiquis reiicere non potui, quia uel annus impressionis non additus erat, (quamuis typorum conditio antiquitatem libri prodebat) uel quia nimis multi alii libri, antiquitatis notam prae se non ferentes interiecti erant, ex quorum numero antiquos libros solitarios eximere nolebam, ne adeo longe a loco suo recederent; inserui tamen plerumque dispersos eiusmodi libros an-

tiquos catalogo librorum antiquorum, secundum annos impressionis et nomina locorum, ubi impressi fuerunt libri, confecto. 3) Non diffiteor, multos in hac librorum designatione indicatos esse libros, qui stricto iure inter libros memorabiles et rariores non obtinere poterant locum, cum etiam in priuatis bibliothecis saepius occurrere soleant; quia tamen uariis occasionibus lectoribus nostris usum praestare posse uidebantur, et iucundius uel utilius quam alii libri argumentum pertractabant, eiusmodi libros silentio prorsus praeterire minus consultum putauimus. Ad codices manuscriptos Bibliothecae electoralis quod attinet, omnem, quam poteram, adhibui diligentiam, ut tituli, et potior codicum manuscriptorum scopus, accurate cum lectoribus nostris communicaretur; sed interdum me impediuerunt obscuri litterarum ductus, quo minus ubique uerum uocum indolem extricare potuerim, alius si suscepisset tale negotium, idem sine dubio fateri cogeretur. In praenominibus et cognominibus auctorum, in titulis, annis, uel locis impressorum librorum si quid minus recte positum fuerit, id non tam meae, quam descriptoris catalogi tribuatur culpae, cuius descriptas plagulas non ubique ob breuitatem temporis cum titulis librorum impressorum conferre potui, qua sola collatione facile totum semestre

mestre consumi potuisset; plerosque tamen librorum titulos et auctorum nomina, praesertim ubi tituli et nomina mihi dubia uidebantur, cum ipsis libris impressis accurate, uel frigidissimo anni tempore, contuli, nullam reformidans molestiam, nec corporis salubritati parcens, ut errores omni cura euitarentur; quodsi uero uel per hanc curam adhibitam non ubique praefixus accurationis scopus a me obtentus fuerit, aequi lectores, spero, cogitabunt, quam facile sit, in eiusmodi negotio susceptο, uel in auctorum nominibus, uel in librorum titulis, locis et annis labi et errare, si quis etiam lynceis praeditus esset oculis, et alius forsitan eundem, quem nos sustinuimus, suscipiens laborem, si non plures, saltim tot admisisset errores, quot in hoc nostro opusculo deprehendentur. Nimis suffeni igitur mihi illi uidentur, qui in uitia quaedam typographica, uel leuiores auctoris cuiusdam errores incidentes, idem, quod pueri, fabam inuenientes, gaudium produnt, et ideo totum auctoris opusculum alto spernunt supercilio, iniquis iudiciis traducunt, et libri ualorem prorsus destruere conantur, utilitates et commoda autem eiusmodi librorum reticent, et iniusto consilio supprimunt. Indicem auctorum, secundum potiores, ut uocant, facultates, theologicam scilicet, iuridicam, medicam et philosophicam distributum, non quidem ipse confeci, magna tamen industria illum a iuuene bonae indolis, et accurationis studiosissimi pariter atque tenacissimi, contextum esse confirmo, cuius studio longe maiorem

rem fidem, quam aliorum industriae et accurationi certissime lectores tribuere mecum poterunt. Adiicere etiam constitueram indicem potiorum argumentorum, de quibus libri cuiuslibet generis, in hac designatione indicati, tractant, sed uerebar, ne multitudo indicum plurimis maiori molestiae, quam commoditati uiderentur. Quod restat, beneuolos lectores oro rogoque, uelint hoc opusculum, quod Theologiae, Iuris, Medicinae et Philosophiae studiosis uarios praestare poterit usus, aequi bonique consulere, et ad culturam studiorum atque artium impendere. In primo hoc *memorabilium bibliothecae academicae Ienensis* Tomo, indicati sunt potiores ex bibliotheca electorali, publica recens adiecta, et Arumaea bibliotheca (tribus scilicet bibliothecae nostrae academicae insignibus partibus) libri theologici, iuridici, medici, philosophici, philologici etc.

Alter Tomus, qui, Deo, uitam et corporis uires mihi conseruante, et impetrata a uenerandis academiae huius patribus conscriptis, uenia, proximis nundinis uernalibus Lipsiensibus publici iuris fiet, continebit 1) potiores libros Bibliothecae *Bosianae* theologicos, historicos, antiquarios, numismaticos, philologicos, qui plerumque maxima raritate se commendant, nec non praestantissimos multos codices manuscriptos, ex Bibliotheca *Bosiana* in Bibliothecam nostram academicam translatos, cui tractationi etiam recensionem aureorum, argenteorum et aeneorum numisma-

numiſmatum rariorum, adiungam. 2) Indicabuntur in hoc Tomo ſecundo praecipui Bibliothecae *Sagittarianae* libri Theologici, Philoſophici, Philologici, praeſertim autem Hiſtorici, quorum poſteriorum librorum magna in hac Bibliotheca reperitur copia. et plerique illorum librorum hiſtoricorum rariſſimis ſcriptis accenſendi ſunt Recenſebuntur etiam praeſtantiſſimi Bibliothecae Sagittarianae codices manuſcripti theologici et philologici, praeſertim autem hiſtorici. 3) Tertio huius Tomi loco ſuppeditabitur notitia librorum praeſtantiſſimorum et pretioſiſſimorum theologicorum et philologicorum, nec non rabbinicorum, magno numero in Bibliotheca *Danziana* exſtantium, cum recenſione nonnullorum excellentiſſimorum manuſcriptorum codicum rabbinicorum, qui ex Bibliotheca *Danziana* in Bibliothecam noſtram academicam peruenerunt. 4) Quarto huius Tomi loco indicabuntur potiores libri Theologici, Iuridici, maxime autem Hiſtorici Bibliothecae *Bircknerianae*, in qua Bibliotheca inſignis conſpectui lectorum exhibebitur librorum rariſſimorum, prohibitorum et hiſtoricorum, quos *Memoires* uocant, lingua anglica, italica et gallica conſcriptorum, numerus, cum nonnullis codicibus manuſcriptis hiſtoricis, rariſſima et arcana hiſtorica collectanea continentibus Sed totum hoc de ſecundo Tomo, typis excudendo, conſilium pendet a primi Tomi beneuola exceptione, quam ſi uotis noſtris obtigiſſe, ex multitudine cupidorum huius Tomi emtorum

conſpe-

conſpexerimus, alter Tomus, quam primum fieri poterit, et omni ſtudio atque ſumma accuratione conſignatus, ad uſus lectorum, rei litterariae amantiſſimorum, luci exponetur publicae. Interim ſperamus, fore, ut Tomus hic primus, tot, quot uota noſtra expetunt, nanciſcatur fautores, quorum numerum ſi ſordida inuidorum et obtrectatorum turba minuerit, iniquiſſima eiusmodi fata aequo animo toleranda eſſe ducimus, friuola autem de labore noſtro iudicia opportuno tempore iuſta defenſione propulſare et deſtruere, erroresque inopinato commiſſos quauis occaſione emendare conſtituimus. Dabam Ienae in academia Salana die II. Aprilis M DCC XXXXVI.

M. Ioh. Chriſtoph. Mylius,
Bibliothecar. et Adiunct.

I. N. I.

CAP. I.

DE ORIGINE ET CONDITORIBVS BIBLIOTHECAE ACADEMICAE IENENSIS

ET SPECIATIM

DE STATV BIBLIOTHECAE HVIVS, QVAMDIV ADHVC IN ACADEMIA WITTEBERGENSI FVIT ASSERVATA.

I.

Immortalitati iamdudum conſecrata ſunt SERENISSIMORVM SAXONIAE PRINCIPVM nomina, quippe quorum tanta ſemper fuerunt in rem chriſtianam et litterariam merita, ut omnium in ſe conuerterint oculos, omnium prouocauerint admirationem, et famam heroum ſereniſſimae ſtirpis Saxonicae, toga et ſago illuſtriſſimorum, reddiderint per omnia ſaecula perennem. Ab horum etiam ſereniſſimo-

rum Saxoniae et ſtirpis ERNESTINAE electorum et principum liberalitate atque munificentia origo Bibliothecae noſtrae academicae, (quam illuſtris et celeberrimus academiae noſtrae Profeſſor BVDERVS merito appellandam eſſe cenſet IOANN-FRIDERICIANAM,) deducenda eſt, et eius initia, ad annum 1514 (*a*) referenda, in academia *Wittebergenſi* fuerunt poſita; deinde uero Bibliotheca electoralis. quae antea in arce Wittebergenſi aſſeruabatur, in academiam Ienenſem fuit translata, ut infra ſuo loco pluribus docebitur. Fundamenta huius Bibliothecae iecit elector Saxoniae FRIDERICVS III. iure meritoque ſuo cognomen *ſapientis* adeptus; poſtquam enim hic ſaluberrimo conſilio, anno 1502 academiam Wittebergenſem liberali ſane animo et maximis ſumtibus conſtituerat, eique celeberrimos et praeſtantiſſimos dederat doctores, ſollicitus etiam erat, ut inſignis librorum apparatus colligeretur, qui non ſolum priuato electoris uſui inſeruire, ſed etiam illis in hac academia eruditis prodeſſe poſſet, quibus domi curta, uel ſaltim non ſufficiens eſſet librorum ſupellex. Anno igitur 1514 (*aa*) hic immortalis memoriae elector

(*a*) Vel, ſi mauis, ad annum 1504. Hoc enim anno quidam libri theologici, iuridici et philoſophici ad conſtituendam electoris Bibliothecam ex teſtamento Thamonis LOESSERI, *Canonici Miſnenſis*, legati fuerunt, uid. infra dicta ſub finem §. VI.

(*aa*) Errat igitur quam maxime M. *Adrian* BEIERVS in

ctor fundauit et adornauit, sine dubio ad usus publicos, Bibliothecam in academia Wittebergensi, optimis et selectissimis libris instructam; licet enim non expressis uerbis legamus, hanc Bibliothecam statim usui publico a sapientissimo electore fuisse destinatam, sed forsitan ad priuatum modo electoris usum reseruatam esse probabile sit, ex uerbis tamen Ioh. Sebast. MÜLLERI (*aaa*) non inepte concludi posse uidetur, hoc anno 1514. Bibliothecam, sumtibus electoris liberalissime collectam, publico usui fuisse permissam.

II.

Colligendis ad Bibliothecam electoralem libris maximum impendit studium *Georg.* SPALATINVS, qui eo tempore electori FRIDERICO *sapienti* erat a concionibus ecclesiasticis et litteris secretioribus; huic enim potissimum munificentissimus elector in mandatis

in dedicatione noua *Syllabi Rectorum et Professorum Ienensium* p. 22 tradens, IOH. FRIDERICVM I. Electorem Saxoniae auspicatum esse et inchoauisse anno 1535 hanc Bibliothecam Wittebergensem.

(*aaa*) Hic enim in annalibus des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen Ernestin- und Albertinischer Linie p. 68. annotauit. In diesem Jahre (nehmlich anno 1514.) wurde die schöne Bibliothec zu Wittenberg von Churfürst Friedrichen dem Weisen gestifftet. Verbum *fundare* autem, uel *legare* non de rebus eiusmodi usurpari solet, quas aliquis ad usum suum priuatum reseruat, sed potius de talibus rebus, quae ad aliorum usum destinantur.

dederat, ut optimos quosque conquireret libros ad Bibliothecam, quam animo meditabatur et conceperat elector sapientissimus, constituendam. SPALATINVS, cui id datum erat negotii, comparabat omni, qua poterat, industria, scriptores optimae notae Latinos, Graecos et Ebraicos, praestantissimasque utilissimorum librorum, qui in omnibus artibus atque disciplinis emittebantur, editiones, nulli labori, cuius erat patientissimus, nullis sumtibus parcens, qui a FRIDERICO ad amplificandam Bibliothecam destinabantur liberalissime, erogabantur lubentissime. Demandatam igitur sibi clementissime a sereniſſimo electore in curanda hac Bibliotheca Inspectoris et Bibliothecarii (*b*) prouinciam fideliſſime, et maxima cum laude per multos annos SPALATINVS administrabat, diligentissime rationem habens omnium bonae frugis, qui illo tempore in publicum prodibant, librorum, et quia tunc ERASMI ROTERODAMI scripta praesertim, idque suo merito, magni aestimabantur, ista omnia conquirebat sedulo et certiorem

(*b*) Hanc Spartam cum duabus aliis, nimirum *concionatoris* et *Secretarii*, muneribus sustinuisse et ornasse SPALATINVM, comprobant uariae multarum epistolarum Lutheri ad SPALATINVM inscriptiones, in quibus SPALATINVS modo *librarius et bibliothecarius ducalis* epist. 45. p. 58. 59 80. it. ep. 108. p. 168. Tom. I. Epist Luth. modo *a libris Friderici* ep. 56. 57. 68. modo *Bibliophylax ducalis* ibid. ep. 83. modo *Philobiblius* ep. 83. modo *a Commentariis principis et Commentariensis* uocatur ep. 34 et 100.

rem ERASMVM faciebat (*c*), FRIDERICVM omnes ab ERASMO editos libros in sua habere Bibliotheca, quam optimis libris refertam architectetur. De indefesso *Georg.* SPALATINI in conquirendis ab Bibliothecam electoralem libris studio testantur ipsiusmet SPALATINI ad Ioh. DOLSCKIVM, qui tunc rationibus fisci praeerat litterae, iussu electoris anno 1514 exaratae, et inter epistolas SPALATINI manuscriptas adhuc in bibliotheca nostra academica asseruatae in autographo; in quibus e DOLSCKIO quaerit, num libri, a se consignati, cum *charta Claudiana (d)* (Regal-Papyr ut scribit SPALATINVS) ad excudendum suum *Chronicon*, et alia FRIDERICI opuscula in nundinis Lipsiensibus coemti fuerint, quas litteras, ipsius auctoris manu scriptas, possedit olim b. Casp. SAGITTARIVS. Docet etiam *Beatus*

(*c*) Vid. hanc SPALATINI ad ERASMVM epistolam, *Altenburgo* Idib. Nou. 1517 datam, in Epistolis ERASMI ad diuersos, coniunctim *Basileae* 1521 in fol. editis. p. 463 et ERASMVS uarias quoque ad SPALATINVM dedit epistolas, quas reperies in collectione epistolarum ERASMI citata p. 278. et 463. etc. et quidem in epistola p. 278. *Louanii* 1519 data, scribit ERASMVS ad ipsum SPALATINVM: Ego posthac *Georgium* SPALATINVM non solum inter praecipuos amicos, uerum etiam inter patronos meos obseruandos scripturus sum, non perinde in chartis atque ipso in pectore.

(*d*) Charta *Claudiana*, uel *Claudia*, a CLAVDIO Caesare appellata est, qui, cum *Augusta* charta ob tenuitatem uix calami mucronem ferret, chartam reperit tenuiorem *Liuia*, minus tenuem *Augusta*.

RHENANVS in praefatione *Velleii* PATERCVLI, a se editi, et ad FRIDERICVM electorem, cui hanc editionem dedicauerat, transmissi, quam intentus fuerit SPALATINVS comparandis praestantioribus in Bibliothecam electoralem scriptis; rationes enim reddens, cur FRIDERICO potissimum hanc editionem PATERCVLI consecraret, istam quoque addit rationem, quod *Georg.* SPALATINVS quatuor abhinc annis (nempe an. 1518) cum intellexisset, RHENANVM quaedam historiarum fragmenta reperisse, statim per litteras rogauerit, ut istas descriptas istuc, nimirum Wittebergam, mitteret, quo possent in bibliotheca electoris reponi, quam, ut audiuisset RHENANVS, pararet insignem FRIDERICVS elector, bonis autoribus, undecunque conuectis, refertiendam.

III.

Bibliotheca, ab electore FRIDERICO *sapiente* constituta et fundata, deinde a sereniſſimis eiusdem in dignitate electoris successoribus, nimirum fratre eius IOHANNE, ob probatam ubique suam in uera religione constantiam, nomine *constantis* insignito, qui defuncto fratri suo FRIDERICO sapienti, (*dd*) in electoris digni-

(*dd*) Qui anno 1525 die 5. Maii moriens insignia SPALATINI in ecclesiam, statum publicum et Saxoniae prouincias merita satis liberaliter remunerabatur, per testamentum legans SPALATINO florenos aureos 160, quam pensionem, ut uocatur a *Seckendorfio*, IOH. FRIDERICVS anno 1538 forte 1600 florenor. redemit: uid. illustriss. SECKENDORFII *historiam Lutheranismi* lib. 1. sect. 8. §. 8. addit. 6. p. 22. col. b.

dignitate et potestate succedebat, uarias nacta est accessiones: quantas autem sub hoc IOHANNE acceperit, distincte indicari non potest; forsitan motus religionis, qui illo tempore agitabantur uehementissime, multa huius IOHANNIS consilia impediuerunt, quae ad augendam hanc Bibliothecam spectabant; nullum tamen est dubium, quin etiam multa scripta, ad religionis negotium pertinentia, in hanc bibliothecam electoralem reponenda curauerit sereniſſimus IOHANNES *constans*, elector de emendatione sacrorum praeclariſſime meritus. (*e*)

IV.

IOHANNEM *Constantem*, anno 1532. pie defunctum, in serie electorum Saxoniae excipiebat eiusdem filius IOHANNES FRIDERICVS, cognomine *magnanimi* notabilis, natus anno 1503. et dignitatem atque regimen electoris consecutus anno 1532. (*f*) Hic etiam

(*e*) Vid. M. *Christian. Frider.* HERTELII diatriben Historicam *de Iohannis Constantis in Aug. Conf. meritis singularibus.* Ien. 1730. pl. 4.

(*f*) De cuius uita et immortalis memoriae meritis pleniorem suppeditauit notitiam D. *Casp.* SAGITTARIVS *in historia Iohannis Friderici I. Electoris Saxoniae pii, magnanimi, constantis, inclyti. Ienae* 1678. recusa Halae Magdeb. 1715. in 4. pl. 8. et recentissime Ienae 1739. in 4. qui tamen, quod miror, non attigit eximia huius electoris in Bibliothecam Wittebergensem, et deinde academicam Ienensem, merita.

inter maximas, quae illo tempore in religionis cauſſa oriebantur, turbas et belli ſtrepitus non obliuiſcebatur ſtudii atque praeſidii, quod ab ineunte iamdum aetate ſua litterarum ſtudiis uouerat atque conſecrauerat, cum praeſertim SPALATINVS, cuius antea meminimus, etiam hunc electorem, non minus quam anteceſſores eius FRIDERICVM *ſapientem* et IOHANNEM *conſtantem* tam in religionis negotio, pie et prudenter tractando, quam in ornandis Muſis et prouehendis litterarum ſtudiis ſtrenue conſiliis ſuis adiuuaret, et ad praeclara quaeuis facta indefinenter excitaret. Licet enim SPALATINVS anno 1525. *Altenburgi* (*ff*) ſedem ſuam figeret, (*fff*) ibidem Paſtoris, uicinaeque prouinciae et Voigtlandiae, qua electori IOHANNI parebat, Superintendentis Spartam

(*ff*) Vbi antea fuerat *Canonicus Collegiatae Eccleſiae*, quae in monte, ubi arx principum eſt, etiam nunc exſtat, ad aulae ſacra ſplendide aptata, reditibus ad alios pios uſus applicatis. uid. SECKENDORFII *hiſtoriam Lutheranismi* lib. 1. ſect. 8. §. 8. addit. 6. p. 22. col. b.

(*fff*) Nam anno 1524. propter afflictum rei eccleſiaſticae Wittebergenſis ſtatum, et languentem diuturnum atque lethalem tandem Electoris morbum SPALATINVS diſceſſum ex aula electoris meditabatur, quem ut maneret, cohortabatur b. LVTHERVS in epiſtola, quae exſtat Tom. 2. *epiſtolar. Lutheri* p. 245. uel ut cauſſam, quam ſubeſſe ſuſpicabatur LVTHERVS, aperte potius indicaret, nempe quod uxorem uellet ducere, ut et non multo poſt a SPALATINO factum eſt (nempe anno 1525.)

tam nactus, et titulo consiliarii ecclesiastici ornatus, non tamen prorsus abiiciebat curam Bibliothecae electoralis Wittebergensis, sua potissimum opera collectae. Ideo post suum quoque ex academia Wittebergensi in urbem *Altenburgum* discessum, per litteras ad DOLSCKIVM, qui electoris fisco praeerat, anno 1526. *Altenburgo* datas, et in autographo adhuc in bibliotheca nostra academica reconditas, suadebat (*g*). Daß von den übrigen Geld der Stifftungen (von welchen er vorher gemeldet hatte) die drei Jarmerckte zu Leypzick gute bücher in die Librey zu Wittenberg auffm Schloß zu kauffen, von Jar zu Jar zu bessern, darzu man dann der Kirchen Person eine zu Wittenberg verordent kennt, ir Brot damit zu verdienen, die Librey zu erhalten. Ex ultimis his uerbis non sine ratione coniicimus, in locum SPALATINI, postquam hic *Witteberga* se *Altenburgum* receperat, surrogatum esse quendam ex ministerio Wittebergensium ecclesiastico, qui Bibliothecae electorali praeesset, et eius curam haberet; SPALATINVS tamen, uel absens, Inspectoris partes in hanc Bibliothecam sustinuit et continuauit; Singulis enim fere annis Wittebergam excurrere solebat ad inspiciendam et augendam sereniſſimi electoris Bibliothecam, ut ex epistolis eius manuscriptis ad WARBECIVM li-

 quet;

g) uid. D. *Casp.* SAGITTARII *historiam vitae Spalatini Ien.* 1693. in 4. §. 19. p. 89. not. *z*.

quet; it. ex litteris, ad *Ioh.* a DOLTZIG, *Consiliar. elector. Saxoniae et Marschallum*, anno 1542. datis, et in bibliotheca nostra academica adhuc in autographo asseruatis, ubi sub finem harum litterarum ita scribit: Morgen will Gott, will ich vorrücken (forsitan verreisen) zur Librey gen Wittenberg vnd mein Weg auf Torgaw nemen. it. in schedula quadam, etiam anno 1542. eius manu scripta, et inter epistolas manuscriptas SPALATINI in bibliotheca nostra academica reperienda, scribit: Ich bin im Aufbruch zu Torgaw vnd deß wegs auch zu Wittenberg bey der Librey gewest. Vnd hab Gott lob alle sachen noch wol vnd sonderlich vnsern lieben treuen Doctorem Martinum gesundt vnd frölich gefunden vnd gelassen. Ad operam Bibliothecae felicius impendendam, utebatur quoque famulo *Christoph.* NICOLAI (*b*), a quo quotannis

4 cata-

(*b*) Huius NICOLAI manu duo catalogi alphabetici exarati, libros Bibliothecae electoralis Wittebergensis continentes, et in Bibliotheca nostra academica adhuc asseruati, consignati uidentur. Litterae quaedam, ipsius NICOLAI, de quo hic sermo est, manu scriptae anno 1538. ad *Ioh.* a DOLTZIG, *Consiliar. elector. Saxon. et Mareschallum*, adhuc reperiuntur inter epistolas SPALATINI 103. manuscriptas, et in bibliotheca nostra academica asseruatas. Sequentibus autem uerbis istae NICOLAI litterae conceptae sunt: Edler, Ernvester, gestrenger, besonder grosgünstiger Herr. E. G. sind mein gantz demütig willig dienst allzeit vngesparts

4. catalogi Bibliothecae conficiendi, aliaque seruitia in describendis actis uisitationis atque litteris, ad aulam spectantibus, praestanda erant, uestimento quotannis ab electore ideo dona-

gesparts vleisses zuvorn gestrenger Herr. E. G. bitt ich dienstlicher Meynung zu wissen, das ich nun in dreyen Jaren, dieweil ich bey meinem lieben Herrn dem Spalatino gewest, viel schreibens von wegen der Visitation, vnd gin Hof, auch **mit den vier Registern, zur Librey gen Wittenberg gehörig, gehabt, vnd noch alle Jar vmbschreiben vnd dieselben Register halden muß.** Dieweil ich dan nichts darvon habe, vnd mir vor einem Jar ein Hofcleid von dem Durchlauchtigsten hochgebornen Churfürsten zu Sachssen ꝛc. ꝛc. meynem gnedigsten Hern aus gnaden erlangt, vnd meins lieben Hern voriger Diener alle Jar ein Hofcleydt gehabt. Derwegen mein gantz dienstlich vnd vleissig Bitt ist, E. G. wollen als der beste vnd erlichste Mitler vnd fürderer sein, wie ich one zweifel E. G. thun werden verhoffe. Damit mir itzt auch ein Hofcleydt aus Gnadeu vnd alle Jar, so ich bey meinem wolgedachtenn lieben Hern bin, mochte gereicht werden. Dann warlich vil schreibens von wegen der Visitation vorhanden. Wie mir dann wolgedachter mein Her, gut Vorschrifft vnd Bekentnus an E. G. do es von noten, geben will vnd kan. Das bin ich gegen E. G. dinstlich vnd mit allem gehor-

donatus, nullo praeterea salario, ut patet ex lite-

horsam treulich zu verdienen willig vnd erbuttig, dan Dinstags nach Francisci Anno MCVXXXVIII. (1538)

E. G. williger
des Hern Spalatini Diener
Christoff Nicolai.

In titulo harum litterarum, forsitan manu nobilis illius a DOLZIG notatum est. Spalatinus Diener ein tranggeldt zu geben.

Duo etiam catalogi manuscripti in forma oblonga, quorum unus continet libros iuridicos, alter libros ebraicos bibliothecae electoralis, adhuc dum in bibliotheca nostra academica exstant, qui sine dubio manu huius Christoph. NICOLAI exarati sunt; saltim manus, qua hi catalogi scripti, ualde conuenit cum manu litterarum praecedentium, ipsius NICOLAI manu scriptarum, et hi duo catalogi ex numero illorum 4. esse uidentur, quos NICOLAI quotannis in bibliothecam electoralem sub Inspectione domini sui SPALATINI conficere tenebatur, ut ex litteris NICOLAI supra positis cognouimus.

Ipse quoque SPALATINVS sua manu anno 1536. duos catalogos multarum plagularum super libros Bibliothecae electoralis Wittebergensis exarauit, quorum alteri sequens titulus praemissus est: *Bibliothecae Ducalis clementissimi principis nostri, Electoris Saxoniae in arce Vuittembergensi Index, ordine alphabetario per singulos autores, hebraicos, graecos et latinos distinctus*: MDXXXVI. Sonderliche Bucher. Alteri indici talis praefixus conspicitur titulus: *Bibliothecae Ducalis in arce Vuittem-*

literis *Dolskianis* (*i*). SPALATINVS etiam, et alii istius temporis eruditi, subinde electori consignare et indicare solebant libros optimos, qui Bibliothecae electorali adhuc inseri possent, cuiusmodi librorum designatio, sine dubio SPALATINI manu in 3. plagulis in fol. exarata, adhuc inter reliquias catalogorum, in antiquas quasdam Bibliothecas confectorum, in Bibliotheca nostra academica exstat, et hoc titulo inscripta est. Disse Bücher sein alle in der Astronomia vnd andern Künsten die Mathematica belangend, vnd meyn gnedigster Herr hat derselben noch keyns. Quid quod SPALATINVS anno 1539. (*k*) ut legitur apud HORTLEDERVM (qui loco cit. uaria notatu digna de SPALATINI uita eiusque scriptis suppeditat) von den Ursachen des teutschen Krieges Tom. 1. lib. 4. c. 23. p. 1480. et ex eo apud illustrissimum SECKENDORFIVM *in historia Lutheranismi* lib. 1. §. 12. addit. 6. p. 22. col. b. iter molestum suscepit, iussu et sumtibus electoris, Venetias, eo consilio, ut ibidem libros hebraicos et graecos, aere principum Saxoniae, ad bibliothecam electoralem coemeret.

Vuittembergensi Index, ordine alphabetario per omnes studiorum classes, sicut libri sunt colligati. MDXXXVI, gantze Bücher, wie sie gebunden.

(*i*) Vid. SPALATINI uitam, per SAGITTARIVM conscriptam §. 30. p. 150. not. (*m*)

(*k*) *Adrian.* BEIERVS autem in *Architecto Ienensi* p. 666. perperam hoc iter SPALATINI, Venetias institutum, ad annum 1535. referre uidetur.

ret. Desiderabantur enim, ut ex epistolis MStis SPALATINI ad electorem patet, a Professoribus *Leucoreae* graeci praecipue ac Ebraei optimi commatis codices, nec eorum Lipsiae, neque Noribergae dabatur copia; SPALATINVS itaque, bibliothecae electoralis sine dubio adhuc tum temporis Inspector, licet *Altenburgi* degeret uitam, ut horum librorum graecorum atque ebraicorum suppleret defectum, iussu principis IOH. FRIDERICI I. *magnanimi*, Venetias migrabat, ibidem principum aere, quos conquirere poterat, optimos coemebat libros, iisdem Electoralem Wittebergae insigniter locupletans Bibliothecam, alias quotannis ex reditibus Ecclesiae Collegiatae 100. florenis, ac hinc inde electori donatis ac inscriptis libris auctam, et singulariter sibi commendatam, hinc saepius hanc Bibliothecam in litteris manuscriptis curae *Minquitzianae* (*l*) et *Dolskianae* (*m*) commendabat SPALATINVS.

V.

(*l*) Ioh. a MINCKWITZ, *eques*, *Sonnewaldae cum fratribus dominus*, *Consiliarius Electoris Saxoniae*; de cuius praeclaris in ecclesiam, Lutheri ope emendatam, et prouincias Saxoniae meritis, itemque uariis eiusdem legationibus, religionis et status publici caussa, iussu electorum Saxoniae, susceptis, uid. indicem ad illustriss. SECKENDORFII *historiam Lutheranismi* sub uoce *Minckwitz*.

(*m*) *Ioh.* a DOLZIG, *Consiliarius et Marescalcus Electoris Saxoniae*. De cuius meritis in ecclesiam et rem-

V.

SPALATINVM etiam post suum, ex urbe Witteberga discessum, et cum iamdum *Altenburgi* degeret, adhuc curam Bibliothecae electorali, Wittebergensis egisse, et Inspectoris munere in hanc Bibliothecam functum esse (*n*), satis euidenter probant quaedam plagulae

rempublicam insignibus, itemque de eius uariis legationibus, in caussa religionis, statu publici et negotiorum electoris, iussu huius principis, susceptis saepius uid. eundem illustriss. SECKENDORFIVM l. c. in indice sub uoce *Dolzig*.

(*n*) Proinde in epistolis manuscriptis SPALATINI, quarum adhuc 103. in bibliotheca nostra academica asseruantur, 1526. ad *Ioh.* von DOLTZEK legitur: Ich hatt nochmahls mir vor gegen meines gnedigsten Herrn dem Churfürsten zu Sachssen die christlich Vniuersitet zu Witteberg vntertenigklich zu befelen. Vnd sonderlich der Librey vnd armen fremden studenten treulich zu gedencken, daß man denselben alle Katemer (Quatember) ein wenig verehren möcht. In epistola manuscripta, ad ipsum electorem IOH. FRIDERICVM anno 1533. data, ita scribit: Eu. Churf. Gnaden wissen sich on zweifel gnediglich zu ensinnen meines vorigen untertenigen erbietens, das ich vmb etlich kurtzer Register gen Nürnberg vnd Leyptzick gemahnet (ita lego) zu förderung Eu. Churf. Gn. Librey zu Wittenberg. Nu sind sie einkommen. Habs auch Magister Philipp Melanchthon vnd Magister Lucasen Edenberger zu geschickt,

gulae manuſcriptae, et in bibliotheca noſtra academica adhuc aſſeruatae, in quibus SPALATINVS ſua, (quae me ex collatis aliis SPALATINI litteris manuſcriptis non fallet) manu, uaria conſignauit anno 1536. quae ad curam Bibliothecae electoralis Wittebergenſis pertinebant e. g. quinam libri ex bibliotheca electorali aliis commodati fuerint, quonam pretio haec uel illa opera emta ſint, quas impenſas SPALATINVS ex reditibus Bibliothecae ad quosdam libros ligandos et reparandos fecerit, quae fabro ferario, ſcriniario et aliis opificibus, Bibliothecae operam neceſſariam praeſtantibus, ſoluta fuerint, et quae ſunt ſimiles expenſorum ſpecies. His autem plagulis ſequens titulus praefixus eſt: Regiſter vber alle die Bücher, ſo durch Georgium **Spalatinum**, und Nicolaum **Kruger**, Magiſtros auß Befell des Durchlauchtigſten Hochgepornen Fürſten **Johanſen Fridrichen**, Hertzogen zu Sachſen, Churfürſten, vnſers gnedigſten Herrn in Seiner Chf. G. Librey zu Wittemberg aufm Schloſſ vom Freitag nach Andree an anno domini

geſchickt, darauf mir nechten von Jnen ſchrifften zukommen, das ſie zu bemelter Librey der Bücher vermöge inligender Zeddeln diß Jahrs zu erkauffen am notigſten, wie es dann E. Chf. Gn. durch die **Nürnberger** am beqvemſten aus **Venedig** zu beſtellen können verſchaffen, dan in deutſchen Landen werden ſie ſchwerlich anzutreffen ſeyn.

mini MDXXXVI. In margine huius tituli adscripta sunt duo nomina *Lucas* EDENDERG (*o*) *Ant. nius* HEVGLIN, qui forsitan has SPALATINI rationes examinarunt, et in fidem, quod omnia recte se haberent, et quod calculum ubique fideliter subductum esse cognouerint, nomina sua, tanquam Inspectores redituum electoris, addiderunt, ad auctoritatem his rationum et expensarum tabulis conciliandam. In ipsis tabulis sequentes tituli leguntur: 1536 Dominus *Philippus* MELANCHTON habet ex Bibliotheca 1) Vnum uolumen grecorum oratorum *Isocratis*, *Lysiae* etc. 2) Vnum uolumen Epitomes in Almagestum et summae Anglicanae. 3) *Firmicum.* 4) *Tertullianum.* In

B

sequen-

(*o*) Hic EDENBERG, uel EDEMBERGER, fuit IOH. ERNESTO, electoris IOH. FRIDERICI fratri, et electoris IOHANNIS, cognomine *constantis*, filio, a studiis, familiaris b. LVTHERI, ut patet ex illustriss. SECKENDORFII *historia Lutheranismi* lib. 1. §. 8. addit. 3. (*e*) p. 21. Quem EDENBERGERVM etiam saepissime commendat SPALATINVS in epistolis suis manuscriptis ad *Ioh.* a DOLTZIG, quae in bibliotheca nostra adhuc in autographo exstant. Quia igitur EDENBERGERVS educando principis filio erat praefectus, facile exinde fieri poterat, ut ipsi, in aulico munere constituto, commissum fuerit a sereniss. electore, examinare rationes bibliothecae electoralis, a SPALATINO confectas, et subscriptione sua confirmare (die Rechnung zu iustificiren, ut loqui solent) cui autem muneri praefuerit HEVGLINVS, nullum reperire potui uestigium.

sequenti pagina 1536. Hernach folgende Bücher sind erkaufft von Hans **Lufften**, Freitags nach Andree: *Augustini* opera per Tomos 10, ab ERASMO ROTERODAMO recognita 20 fl. ORIGENIS opera, etiam per ERASMVM ROTERODAMVM recognita 3 fl. von Christoff **Schrammen** POLYBIVM 12 gr. CORNELIVM CELSVM. QV. SERENVM Aldi. DRYANDRI Anathomia 16 gr. Summarum der erkaufften Bücher von inen beyden 24 fl. 7 gr. qui calculus etiam probat, me figuram pretii, apud POLYBIVM paullo ante occurrentem, recte interpretatum esse per grossos. Pagina sequente 1536. Diese Bücher seindt bestelt zu binden durch Wolffen SCHREIBER, Sonnabends nach Andree: Augustini opera in acht teyl et alii, qui ibi indicantur libri ligandi. Summarum Bindelons 7 fl. 3 gr. pagina sequente zu solchem Kauff-Bindlohn ꝛc. sind empfangen von der Universität zu Wittenberg vermöge des Durchlauchtigsten Hochgepornen Fürsten und Hern, Hern IOHANSEN FRIDRICHEN, Hertzogen zu Sachsen, Churfürsten, meines gnedigsten Hern Fundation zur ersten Bezalung zur Librey 50 fl. für die Helfft der gestifften jerlichen hundert Gülden. Dovon ausgeben 7. fl. Magister VOLMARS Testamentarien für etliche Bücher in Mathematica, Her Philipsen MELANCHTON vnd andern wißlich. 2 fl. 4 gr. Wolff SCHREIBER vnd Frantz EICHHORN auff drithalb tagen Zeddeln auff die Bücher zu leymen. 1 fl. **Luffts** Diener bemelte Zeddeln zu schreiben 1 fl. für vierdehalb heut Pergemen zu bemelten Zeddeln. 7 fl. 3 gl.

AVGV-

AVGVSTINVM, ORIGENEM, VALLAM, CELSVM et cetera einzubinden 6 gr. Zwey Bücher aus Magr. VOLMARI Testament erkaufft durch Wolff Schreiber vnd Frantz EICHHORN eingebunden. 5 gr. dem Tischer. 5 gr. für 5 Bücher Papir Christoff SCHRAMMEN zur Librey Registern vnd andern verbraucht. Restiret von den bemelten funffzig Gülden, 18 gr. zu allerley in die Librey zu gebrauchen, wie hernach folget. 19 pf. Institutiones Anatomiae. 8 pf. für einen Schlossel an den Kasten. 3 gr. dem Mahler, tabulas medicorum zu ferben am Randt. 1 gr. dem Tischer, die tabulas medicorum zu reiben vnd beleisten ꝛc. (p) Sequitur deinde copiosus librorum in fol. quarta et octaua forma catalogus, alia quam SPALATINI manu et litteris minimis scriptus. In

(p) Habes igitur h. l. lector beneuole specimen, quomodo SPALATINVS illo tempore rationem accepti et expensi in curanda Bibliotheca electorali instituerit, quam religiosus et accuratus in subducendis rationibus fuerit, ut etiam uel unicum numum in tabulas rationum referre non oblitus sit, cognosces etiam exinde, quantum per singulos annos ad augendam bibliothecam electoralem ab electore destinatum fuerit, nimirum 100 floreni. Quinam bibliopegi in libris ligandis Bibliothecae electorali suam praestiterint operam, quinam tunc temporis libri in bibliothecam electoralem sint illati, et a quibusnam emti, et quae sunt alia, ad historiam istius bibliothecae electoralis Wittebergensis pertinentia, ideo specimen indicis acceptorum et expensorum lectoribus nostris h. l. suppeditare non ineptum, uel inutile esse duximus.

quadam pagina huius catalogi annotatur. Dieſe Bücher hatt mir D. G. SCHROTER (dubito, me hoc nomen recte legiſſe) auff der pfarkirchen zu Jhene vberantwort anno 1558 den 22 Febr. et pagina ſequente legitur. Dieſe (nehmlich Bücher) hatt mir D. BASILIVS (ſine dubio *Baſilius* MONNER) vberantwort anno 1556 d. 9 Oct. manus autem haec eſſe uidetur M. *Georg.* RORARII, amanuenſis quondam b. LVTHERI, et deinde primi Bibliothecarii Ienenſis, de quo infra.

VI.

Non ſolum autem Bibliotheca electoralis eo tempore ſingulis annis augebatur inſigniter per libros, cura potiſſimum SPALATINI ex annuis iſtis 100 florenis, ab electoris munificentia ad augendam quotannis bibliothecam electoralem deſtinatis, comparandos, ut paragrapho praecedente uidimus; ſed etiam ſcripta, in typographeis Wittebergenſibus impreſſa, ſine dubio iuſſu, et ex ſereniſſimi electoris diſpoſitione in bibliothecam electoralem per longum temporis ſpatium illata ſunt. Sereniſſimi electores Saxoniae ſuis quoque temporibus eruditionis, gratiae et munificentiae fama ubique florebant quam maxime, inter omnes Europae principes; hinc fiebat, ut ipſorum nominibus ſaepiſſime ab iſtius aetatis ſcriptoribus praeſtantioribus, opera, non uili pretio aeſtimanda, dedicarentur, et libris bibliothecae electoralis accederent, quorum libro-

librorum, principum Saxoniae immortalis memoriae nominibus consecratorum, non exiguus in Bibliotheca nostra academica adhuc conspicitur numerus; eorum autem titulos, quod facili negotio fieri posset, hoc loco lectoribus indicare non adeo necessarium duximus, cum praesertim tractationem nostram tam angustis, quam quidem fieri poterat, circumscribere limitibus ceperimus consilium; alioquin non plane inutile, principum saltim Saxoniae nominibus ualde glorioſum foret, si quis ex tam multis, memoriae principum Saxoniae consecratis libris cognoscere posset, quanto istius aetatis scriptores studio, quanta ueneratione fuerint prosecuti celebritatem nominis principum Saxoniae, qua per orbem, quam late patet, illustres erant redditi. Praeter tres iam indicatos Bibliothecam electoralem augendi modos, etiam exinde bibliotheca haec maximas acceſſiones nacta fuisse uidetur, quod sine dubio uariorum monasteriorum, praesertim in Saxonia, integrae bibliothecae (et contenti in istis codices manuscripti) insertae fuerint bibliothecae electorali Wittebergensi, postquam, tempore potissimum electoris IOH. FRIDERICI I. *magnanimi*, multa Saxoniae monasteria pristinis monachorum suorum conuentibus et frequentatione destituebantur, reditibus monasteriorum talium ad alios pios usus a sereniſſimis electoribus assignatis. In bibliotheca nostra academica uarii adhuc bibliothecarum, ad

monaſteria Saxoniae quondam pertinentium, catalogi manuſcripti reperiuntur et ſtudioſe aſſeruantur e. g. 1) Verzeichnis der liberei des cloſters zum Grünhain (*q*), in forma oblonga plag. 4½. libris ſecundum ordinem alphabeticum conſignatis. 2) *Bibliothece Leninenſis index* MDXIIII. absque ordine alphabetico in quarta forma plag. 4.* 3) *Regiſtrum librorum Biblio-*

(*q*) Huius monaſterii, in territorio metallifero (im Ertz-Gebürgiſchen Kreiße) in Saxonia ſiti, monachi inſultarunt anno 1536 ſereniſſimo electori IOH. FRIDERICO I, *magnanimo*, monaſterii iſtius domino, elapſi ex iſto Grünhaynenſi monaſterio, et in Bohemiam confugientes, ibique reditus monaſterii intercipientes, licet elector monaſterium *Grünhaynenſe* in ſtatu ſuo reliquerit, abbatis, Euangelicam doctrinam amplexi gratia. uid. illuſtriſſ. SECKENDORFII *hiſtor. Lutheraniſmi* lib. 3. §. 50. addit. 3. litt. (f) monachos autem *Grünhainenſes* anno 1526 electori commendat SPALATINVS in litteris manuſcriptis, quae adhuc in autographo exſtant in bibliotheca noſtra. Exſtat etiam adhuc in bibliotheca noſtra academica pretioſus quidam codex manuſcriptus diſtinctionum GRATIANI, in charta Pergamena in fol. exaratus, ex monaſterio Grünhaynenſi, quem codicem olim huic monaſterio teſtatus eſt *Ioh. Molitor* de GRVPKA, ut ab initio huius codicis annotatum reperi.

* Abbas *Leninenſis*, miſſus eſt quondam ab Epiſcopo Brandenburgenſi anno 1517 ad LVTHERVM, petens nomine epiſcopi, ut differret probationum ſuarum editionem et quarumlibet lucubrationum, uti LVTHERVS nuntiat SPALATINO in epiſtola, quae eſt

Bibliothece conuentus Liptzenſ. Ordinis Predicatorum, qui pro iſto tempore inibi habentur. Anno MDXIIII°. in forma oblonga absque ordine alphabetico, plag. $7\frac{1}{2}$. 4) *Summarium eorum, que habentur in Bibliotheca fratrum ſeruorum Marie in conuentu Hallenſi*, (r) in forma oblonga pl. $1\frac{1}{2}$. 5) *Index Bibliothecae Veteris Cellae Coenobii Ciſtercienſis in Miſnia* MDXIIII. in fol. plag. 16. Hic catalogus praeſertim magno ſtudio eſt confectus, et libri huius bibliothecae theologici, iuridici, medici atque philoſophici in 28 pulpita fuerunt diſtributi, uel litteris rubris, uel nigris, uel litteris uiridis coloris ſignati. Ab initio huius catalogi auctor et ſcriptor illius quaedam de

eſt 32 in libro I. epiſtolarum *Lutheri.* uid. illuſtriſſimi SECKENDORFII *Hiſtoriam Lutheraniſmi* lib. I. §. 18. n. 2. p. 32. col. b.

(r) In hoc catalogo libri, in certos ordines diſpoſiti, recenſentur e. g. libri ex originalibus ſanctorum, AMBROSII, AVGVSTINI etc. opera. 2) libri ex theologia ſpeculatiua 3) ex theologia practica, et primo ex gloſatoribus et poſtillatoribus 4) ex Sumis Doctorum, quo pertinent. Summa RAYMVNDI, RABANI etc. 5) ex diuerſis Sermonariis. 6) Summule diuerſe in theologia et tractatuli atque compendia. 7) in Iure. 8) in hiſtoriis. 9) in morali philoſophia. 10) in naturali philoſophia. 11) in metaphiſica et logica. 12) in oratoria et poeſi. 13) in gramatica. Tituli, n. 2. 3. 4. 5. 6. adducti, hodie plerisque ſunt ignoti, ſed quia exinde termini quidam theologici illius temporis aliquo modo cognoſci poſſunt, ideo hos titulos indicandos cenſui.

ordine *Bibliothecae Cellenſis* monet, et ſequens catalogo praemittit monitum: *In Bibliotheca Cellenſi librorum omnium talis eſt ordo. Sunt in ea pulpita XXXVI, ſignata maiuſculis litteris, differentibus tamen colore.* RVBEVS *color, litereque hoc ſignate colore pro dignitate ſacre theol. deputatus ac deputate. Alter uero,* NIGER *ſcilicet pro iuridica facultate.* VIRIDIS *autem pro medica facultate. Sub rubeo uero colore ſimul ſunt comprehenſe ac attitulate artes humaniores et quicquid in hys continetur. Notandum praeterea, unumquodque pulpitum eſſe ſignatum quadam littera maiori in capite, qua littera ſunt inſcripti cuncti libri in eo Pulpito, numero creſcente, ut uidelicet A. I. A. II. A. III.* cet. *Sic et alia pulpita ſuas litteras et numeros habent.* Fini autem huius catalogi ſcriptor ſequentem ſubiunxit clauſulam: *Hy libri Bibliothece Monaſterii Veteriſ. Celle Ord. Ciſtercienſ. in Miſnenſ. Dyoceſ. qui quum pauci ſunt, remanent uacua pulpita octo, que ut optimis ornentur in omni facultate libris, liberalitate, largitate, Elemoſinis, Teſtamentis piorum hominum precamur dominum. Pro hys uero, qui contribuerint oramus iugiter deum, ut ſit eis nomen ac felicitas perpetua.* 6) *Index Bibliothecae Rainhersbrunnenſ.* MDXIIII. in 4. pl. 2. eleganter ſcriptus hic index, qua occaſione autem in Bibliothecam electoralem peruenerit, indicare non poſſum. Praemiſſum eſt huic catalogo tale praefamen: *Anno domini milleſimo quingenteſimo quartodecimo tertia Ambroſii*

Ambrosii episcopi scrutata est bibliotheca monasterii Reinhersbornensis, et primum reperti sunt ibidem libri, demptis paucis bapireis, pergamenei, calamo olim duntaxat scripti. Ordine tali ut sequitur. Et paullo post sequentia leguntur: *Eodem anno et die, quibus supra, reperti sunt libri impressi in memorata bibliotheca omnes preter sextum decretalium et Clementinas bapirei, hoc ordine ut sequitur.*

7) *Index Bibliothece Predicatorum Norinbergensium* MDXIIII. in forma oblonga pl. 4. absque ordine Alphabetico et sine certis classibus.

8) *Voluminum Norinbergensis Bibliothece numerus apud Augustinianos*, in forma oblonga pl. 6½. Sine ordine alphabetico, libri tamen aliquo saltim modo in certas classes distributi esse uidentur. Vltimae huius catalogi paginae talis inscriptio apposita est: *Ioanni Longo* AVGVSTIMANO, sacerdoti, suo preceptori. Gen Wittenberg zw den Augustinern. (*s*)

Ex asseruatis hisce in bibliotheca nostra academica catalogis manuscriptis colligo, bi-

 bliothe-

(*s*) In omnibus his catalogis, nunquam annus, quo hoc, uel illud scriptum prodierit, appositus est, alioquin libros horum catalogorum facile conferre potuissem cum libris, in bibliotheca electorali Wittebergensi, nunc Bibliotheca academica Ienensi, exstantibus, ex ista collatione cognoturus, quinam libri ex istis Bibliothecis in Bibliothecam electoralem Wittebergensem forsitan sint illati; sed quia anni nullis scriptis erant additi, lubrico fundamento collatio fuisset superstructa, et nihil certi exinde potuisset concludi.

bliothecarum istarum catalogos ad comparandam bonorum librorum notitiam, quae eo aeuo rarior erat, a SPALATINO collectos esse, ut eiusmodi bonis libris successiue augeri posset bibliotheca electoralis; Bibliotheca quoque electoralis Wittebergensis, praesertim apparatus librorum in hac bibliotheca iuridicorum, insigniter auctus est per libros iuridicos ex testamento *Thammonis* LOESSERI, *Canonici Ecclesiae Episcopalis Misnensis*, ex illustri illa apud Misnenses equestri familia oriundi, (*t*) qui Bibliothecae electorali Wittebergensi uarios per testamentum legauit, quales tempora uiri, religionis emendationi proximiora, ferebant, libros, theologicos, philosophicos et iuridicos, quibus libris, iudice illustri BVDERO nostro, adscripsit *Georgii* SPALATINI, qui tunc electoribus Saxoniae a Bibliotheca erat, manus: *Ex testamento eximii doctoris Thamonis Loesser, Canonici in Misnia* 1504.

VII.

Postquam inde ab anno 1504 usque ad annum 1546 Bibliotheca electoralis Wittebergensis uariis modis, et praesertim cura SPALATINI, ut §. 4. 5. et 6. indicauimus, aucta fuerat, incidebant anno 1546 statim post mortem b. LVTHERI luctuosissima federis et belli

(*t*) Vt coniicit illustris BVDERVS noster, in dissertatiuncula, *de Bibliothecis, publicum ad usum legatis*, pl. 2. in 4. qua munus Praefecti bibliothecae academicae Ienensis auspicatus est anno 1723.

belli Smalcaldici tempora; ſereniſſimus elector IOH. FRIDERICVS, *magnanimus*, bello implicabatur cum imperatore CAROLO V. et cum agnato ſuo (IOH. FRIDERICI) duce ſtirpis Albertinae, MAVRITIO; munificentiſſimus igitur elector IOH. FRIDERICVS, alias de Muſis, omni ratione ornandis, quam maxime ſollicitus, eo tempore de armis potius, potentiſſimis hoſtibus obuertendis, quam de Bibliotheca et litterarum ſtudiis amplificandis cogitare cogebatur. Tantam quoque paullo poſt in hoc bello, quod contra CAROLVM V. imperatorem, et agnatum ſuum, ducem MAVRITIVM, moliri neceſſitate compulſus fuerat ſereniſſimus IOH. FRIDERICVS, experiebatur fatorum iniquitatem, ut non ſolum dignitate et titulo electoris, ſed et multis, quas antea iuſto titulo poſſederat, orbatus fuerit Saxoniae ciuitatibus (*u*) (quas inter princeps *Witteberga*) aliisque quam plurimis locis, ad ſuas

(*u*) Dignitas enim et titulus electoris, diſponente ita Imperatore, ab electore IOH. FRIDERICO, cum multis Saxoniae ciuitatibus et pagis, quorum ditio adhuc hodie Electoratus Saxoniae uocari ſolet, transferebatur in agnatum eius, ducem Saxoniae MAVRITIVM, et ut pio electori IOH. FRIDERICO acerbitas doloris in auferenda ab ipſo electoris dignitate atque titulo, itemque in eripiendis ipſi multis, quae ad priſtinam ditionem ſuam pertinuerant, locis, uehementiſſimum in modum augeretur, non ſolum capitis damnabatur in caſtris ad Wittebergam ab imperatore CAROLO V. religioſus elector, ſed et mutata

ſuas prouincias, et electoratum Saxoniae pertinentibus. Captus enim anno 1547 non tam fortitudine hoſtium, quam perfidia ſuorum, in pugna, ex parte ſereniſſimi electoris IOH. FRIDERICI infelici Marte, apud *Mühlbergam*, prope Albim, non procul a *Torgauia* diſtantem, commiſſa, quinquenni captiuitate ab Imperatore CAROLO V. detentus fuit, quem, apud *Mühlbergam* captus, ſequi cogebatur in comitatum

mutata hac ab imperatore, precibus magnatum moto, mortis ſententia in captiuitatem, anno 1548. ſolennem Electoratus, et magnae partis Saxoniae in MAVRITIVM ducem translationem *Auguſtae Vindelicorum* praeſens ſpectare cogebatur, quam tamen acerbiſſimam dignitatis et prouinciarum ſuarum iacturam tantum abeſt, ut fortiſſimus hic, in calamitate non minus, quam in bello heros, fracto prorſus et deſperante animo exceperit, ut potius tranquilla omnino mente, et absque ullo animi moerore triſtiſſimum illud ſpectaculum oculis ſuis ipſe luſtrauerit, optimo proinde iure cognomen *Magnanimi* et *Inuicti* (ſcil. principis) adeptus, cum etiam iam antea, propter ſuam in uera religione conſtantiam, et quod ad mutandam religionem nulla arte, nullis minis, nulla ui, nulla, uel acerbiſſimorum fatorum ſerie induci potuerat, ipſam Electoratus miſſionem lubentius, quam religionis mutationem concedens, optimo iure ſibi cognomen *Pii* et *Conſtantis* (principis) uindicauerat, et ideo praeſtantiſſima apud poſteros elogia cum immortali gloria ſua indeptus eſt. uid. SPENER. in *Sylloge Geneal.* p. 356. *Hiſtor. Eccleſ. Gothan.* lib. 2. c. 5. p. 748. 749. DRESSERVM in *Iſagoge Hiſtor.* part. 4. fol. 447. et FABRICII *Res Miſnicas* lib. 1. p. 24.

tum *Tyrolim*, ubi per aliquod tempus paullo durius, quam electoris dignitas et conditio ferre poterat, ab imperatore tractatus, ademtis etiam ipsi sacro codice (*x*), dulci miseriarum leuamine, cum b. LVTHERI scriptis, et interdictis eidem omnibus concionibus euangelicis, quin et statis diebus carnium esu, in comitatu imperatoris in *Brabantiam* et *Flandriam*, tanquam in triumpho abducebatur, ac *Oeniponte* (Inſpruck in Tyrol) tandem custodiae Hispanorum asseruandus tradebatur, usque dum anno 1552 libertati restitutus, honorifice ad suos in Thuringiam, praesertim *Ienam* et *Vinariam* rediit, in quo posteriori loco anno 1554. curarum et uitae satur, summa pietate

(*x*) Qui praestantissimus Bibliorum codex, chartae Pergamenae nitidis typis, et cum figuris ligneis (Holtz-Schnitten) quae a *Luca* CRANACHIO, celeberrimo in aula electoris, IOH. FRIDERICI, illius temporis pictore, elegantissime et artificiosissime auro et excellentissimis uariis coloribus exornatae et obductae sunt, anno 1541 in duobus magnae molis uoluminibus impressus, adhuc hodie in magno pretiosissimorum Bibliothecae nostrae academicae ornamentorum numero lustrari potest oculis, cum genuina, eaque duplici electoris IOH. FRIDERICI imagine, itidem a *Cranachio* excellentissime in prima bini uoluminis pagina depicta. Exstat de fatis horum Bibliorum electoralium uariis peculiaris eruditi cuiusdam ad *Achill Pirminium* GASSERVM, *Medicumquondam Augustanum* celeberrimum epistola in 4. pl. 3. germanice, *Oeniponte*, tempore captiuitatis electoris IOH. FRIDERICI scripta.

tate, et in uera religione constantia, diem supremum obiit, et *Vinariae*, ad latus SIBYLLAE, sereniſſimae coniugis suae, sepultus est, postquam paullo ante, et eodem anno 1554. cum maximo animi sui moerore sereniſſimam coniugem suam SIBYLLAM, pie defunctam, *Vinariae* sepeliendam curauerat.

VIII.

Magnanimum illum optimo iure dixeris principem, qui non solum moleſtiſſimam et acerbiſſimam uitae conditionem patientiſſimo et fortiſſimo tulerit animo, sed et in ipsa captiuitate, (in qua propter animi moerorem citius de morte sua, quam de aliorum salute cogitasset alius,) de ornandis, et feliciſſimo successu prouehendis litterarum studiis quam maxime laborauerit, quod a noſtro IOH. FRIDERICO factum esse relatum legimus; nam uel abſens, quod mireris, et in custodia sua elector hic, ad liberalitatem largiſſime erogandam natus, anno 1548. fundamenta academiae noſtrae Ienenſis iecit (*y*), cuius perfectam

(*y*) Religionem enim Euangelicam, per Interimiſticam perſecutionem in anguſtias coactam uidens, eiusque grauiores casus timens, captiuus elector IOH. FRIDERICVS, prodeſſe seruatis ex naufragio regionibus suis exiſtimauit, ut in locum amiſſae *Academiae Wittebergenſis*, quae ducis MAVRITII ditioni cum multis aliis Saxoniae ciuitatibus acceſſerat, aliud religionis bonarumque artium asylum conderetur.

fectam constitutionem tandem, elapsis aliquot post sereniſſimi patris sui et electoris IOH. FRIDERICI mortem, annis, nimirum anno 1558. consummarunt sereniſſimi eiusdem tres filii, cum iam antea sereniſſimi hi tres fratres IOH. FRIDERICVS II, IOH. WILHELMVS et IOH. FRIDERICVS III, trini electoris IOH. FRIDERICI I. *magnanimi* filii, per omnia parentis uoluntati obtemperantes, anno 1548 die 19 Martii Gymnasium solenniter in urbem *Ienam* introduxerant. Postquam uero magnanimus hic elector in prealio ad *Mühlbergam* a CAROLO V. captus, in castris ad Wittebergam, urbem illam Wittebergam castrumque tradere cogebatur et plurimas Saxoniae urbes, inter que has etiam Wittebergam, amiserat, bibliothecam, a FRIDERICO *Sapiente* coeptam, a IOHANNE patre ac se ipso insigniter auctam, *Witteberga*, tempore illo difficillimo, deduci iussit *Ienam* anno 1548 die 14 Iunii, et ne per aduersa belli fata diriperetur, sancte asseruari, ac denique nouae Academiae Ienensi dedicari uoluit; nam ab imperatore impetrauerat infelix

deretur. Ad id suasu praecipue *Gregorii* PONTANI, Cancellarii sui, et *Nicol.* AMSDORFFII Ienam nostram, amoenitate loci aërisque salubritate commendabilem, consecrauit, et ut sereniſſimi filii laudati oppidi coenobium Paulinum auditoriis futurae Vniuersitatis publice dedicarent, statim primo captiuitatis anno paterne eosdem admonuit. uid. *Vitam electoris* IOH. FRIDERICI I. *magnanimi*, a celeb. D. *Casp.* SAGITTARIO olim conscriptam §. 23. p. 44.

felix elector, ut thesaurus iste librarius filiorum trigae, tanquam patrimonium maneret, atque ex Saxonia in Thuringiam, et speciatim *Ienam* transferretur. In doliis primum ibi recondita et asseruata fuit bibliotheca, usque dum paedagogium primum Ienae institueretur mense Iunio 1548 ex consilio potissimum et opera *Gregorii* PONTANI, cancellarii et *Ioh.* STIGELII, poetae atque oratoris insignis, atque dum publici iuris facta bibliotheca, et cura eiusdem demandata M. *Georgio* RORARIO (z), tanquam Bibliothecae Inspectori, eum

(z) Natus erat hic RORARIVS anno 1492. d. 1. Oct. in Saxonia, litterarum studiis *Wittebergae* operam dedit, quorsum se parentes eius propter superstitiosum religionis Pontificiorum cultum contulerant. *Wittebergae* hic RORARIVS Diaconus creabatur anno 1525 et primus erat, quem b. LVTHERVS ad ministerium ecclesiasticum, a superstitione Pontificiorum liberatum, die dominica Cantate, ordinauit, fuitque b. LVTHERI amanuensis, quem strenue semper in perficienda uersione bibliorum germanica adiuuit uid. *Consilia Wittenbergensia*, Francofurti in fol. edita, Tom. I. fol. 9. et 10. supremus etiam, iuratus et salario certo praeditus corrector erat in officina typographica *Ioh.* LVFTII, *typographi Wittebergensis*, cuius correctoris RORARII opera plurimae bibliorum LVTHERI editiones Wittebergae prodierunt, quarum editionum praefationibus plerumque suum, tanquam correctoris nomen subscripsit, et in postfationibus (ut uocare solebat) subsequentium Bibliorum editionum diligenter annotauit, quid singulis annis accesserit, et quae

causa

eum in finem ex Dania, quorsum se contulerat, a sereniſſimo electore IOH. FRIDERICO euocatus; qui non ſolum Bibliothecae Ienenſi academicae usque ad annum 1557. praefuit, (nam hoc anno die 24. Aprilis mortuus eſt *Ienae* anno aetatis 65.) ſed et ſcripta b. LVTHERI, adiuuante Nicol. AMSDORFIO, et iuſſu sereniſſimi electoris IOH. FRIDERICI, magnanimi, anno 1553. in certos Tomos redegit, quia non tali ordine et fide, quam quidem ſperauerat pius elector, ſcripta LVTHERI *Wittebergae* in certos Tomos collecta fuerant, quae deinde dici coeperunt Tomi LVTHERI Wittebergenſes, quemadmodum ſcripta, Ienae a RORARIO in quosdam Tomos redacta, *Tomi Ienenſes* uocari ſolent.

IX.

Ab anno igitur 1548, quo Bibliotheca electoralis et academica Wittebergenſis *Ienam* translata fuit, ut ibidem nouae Academiae condendae inſeruiret, hanc Bibliothecam, quam in praecedentibus paragraphis *electoralem*

---

cauſſa repetitae Bibliorum editionis fuerit. uid. pluribus de hoc RORARIO *Ioh. Caſp.* ZEVMERI *uitas Profeſſor. Theol. Ienenſium* p. 24. *Ioh. Frideric.* MAYERVM *de bibliorum Lutheri uerſionibus* cap. 4. et *Ioh. Melchior.* KRAFFT *in Hiſtoria uerſionis bibliorum Lutheri.*

lem Wittebergenſem uocauimus, nunc in ſubſequentibus paragraphis *Bibliothecam academicam Ienenſem* nominare licebit; Mutato enim huius Bibliothecae loco, mutare etiam eiusdem nomen fas eſſe putamus. Poſt mortem ſereniſſimi electoris IOH. FRIDERICI, *magnanimi*, eiusdem tres filii ſereniſſimi IOH. FRIDERICVS II, IOH. WILHELMVS et IOH FRIDERICVS III, curam bibliothecae academicae Ienenſis, inſtinctu quaſi naturali, et cum ſanguine patris accepto, munificentiſſime continuarunt; nam non ſolum pretioſa opera (*aa*) ſereniſſimi hi tres fratres bibliothecae huic intulerunt, ſed etiam ſine dubio IOO. illos florenos, quos ſereniſſimus elector FRIDERICVS *ſapiens* quotannis ad augendam bibliothecam electoralem deſtinauerat, ſingulis annis perſoluere perrexerunt, ad amplificandam eandem electoralem et bibliothecae academi-

(*aa*) Exſtat inter alia praeſtantiora opera adhuc in bibliotheca quondam electorali, uel ſi mauis, bibliotheca noſtra academica theologica, opus pretioſiſſimum *Bibliorum Polyglottorum Antwerpienſium* typis Plantinianis anno 1569. IIX. Voluminibus in charta auguſta in folio, cuius operis ligaturae litteris inauratis inuſta ſunt verba ſequentia: Biblia regis Hiſpan. Munificentia IOH. WILHELMI, ducis Saxoniae Bibliothecae Ienenſi dicata 1572. Ligaturae exteriori parti inuſta etiam eſt imago ducis IOH. WILHELMI. De raritate horum *Bibliorum Antwerpienſium* uid. VOGTII *catalogum libror. rarior.* p. 91.

demicae Ienensis librariam atque publicam supellectilem. Munificentiam sereniſſimorum maiorum suorum deinde sereniſſimi in familia stirpis Erneſtinae succeſſores, et clementiſſimi academiae huius nutricii liberaliſſime continuarunt. Anno 1573. d. 2. Nou. (*bb*) praesertim per electores sereniſſimos, Saxonicum, Palatinum et Brandenburgicum, tutores minorennium eo tempore ducum *Vinarienſis* et *Coburgenſis*, consiliarii *Lipſiam* missi sunt, qui nomine horum ducum Saxonicorum minorennium uaria constituerunt pacta et inter haec, ut quotannis ad augendam bibliothecam academicam Ienensem et coemendos libros utiliſſimos 100. floreni ex fiscis principum Saxoniae persoluerentur, qui 100. floreni deinde etiam ad hunc usque diem ex sereniſſimorum Saxoniae principum fiscis, pro rata cuiuslibet sereniſſimae familiae ex stirpe Erneſtina parte, et ex aulis Sereniſſimorum Academiae Nutritorum quotannis in eundem finem, nimirum ad augendam Bibliothecae academicae supellectilem, deſtinati sunt et persolui consueuerunt.

(*bb*) Vid. MÜLLERI Annales des Chur- und Fürſtl. Haußes Sachsen Erneſtin- und Albertiniſcher Linie ad annum 1573. p. 167.

X.

Horum clementiſſimorum ducum, antea nominatorum, munificentia et aliis reditibus, ad Bibliothecam academicam augendam deſtinatis, et infra indicandis, creuit per ſingulos annos haec *Bibliotheca ducalis*, uel *academica Ienenſis publica*, et quia ex libris theologicis, iuridicis, medicis et philoſophicis conſtat, quilibet ordo, ueluti uocant, quaelibet facultas, deinde ſucceſſu temporis partem huius Bibliothecae ad ſtudium ſuum pertinentem, ex pecunia, cuilibet ordini ex reditibus Bibliothecae aſſignata, quotannis augere perrexit. Potiora autem nouae acceſſionis opera cura Decanorum ex ſingulis Facultatibus, et ſtudio Bibliothecae Praefectorum coemta, infra in peculiari claſſe indicabuntur.

De Bibliotheca electorali Wittebergenſi, tanquam primo Bibliothecae academicae Ienenſis fundamento ſpecialis tractatio, et quidem 1) *De externa librorum, in hac bibliotheca contentorum, conditione et partibus, ex quibus haec bibliotheca conſtat:*

XI.

Quod attinet ad externam huius bibliothecae conditionem, libri illius ad unum fere omnes ligaturam ex corio ſuillo habent, et pleraeque librorum ligaturae antiquitatem illorum temporum, quibus

hi

hi libri collecti sunt, prae se ferunt. Constat autem haec Bibliotheca, uti iam in paragrapho praecedente monuimus ex libris theologicis, * iuridicis, ** medicis *** et philosophicis **** in forma, uti uocant, foliorum, in forma quarta, octaua et duodecima. Libri philosophici denuo subdiuiduntur in libros grammaticos 2) oratorios et rhetoricos 3) Logicos, physicos et metaphysicos 4) mathematicos 5) ethicos, politicos et oeconomicos, 6) historicos, 7) poeticos, 8) philologicos, 9) musicos, quorum sunt numero 21. Plerisque his libris, quod omnibus destinatum erat, inserta et interiori ligaturae parti glutine allita est imago sereniſſimi electoris

* Horum sunt numero 612. in fol. 186. in quarto; 137. in octauo et 5. in duodecimo ordine.

** Horum librorum numerus in fol. est 400. in quarto 66. in octauo 96. in duodecimo nullus.

*** Horum numerus in fol. ascendit ad 214. in quarto ad 140. in octauo ad 174. in duodecimo ad 17.

**** Qui libri philosophici in fol. numero sunt 530. in quarto 234; in octauo 200; in duodecimo nullus.

Summa omnium in bibliotheca electorali librorum	
theologicorum	1040.
iuridicorum	562.
medicorum	545.
philosophicorum	964.

Summa omnium in bibliotheca electorali librorum 3111. et musici 21.

ctoris IOH. FRIDERICI, gladium dextra manu tenentis, et ornatu ectorali, pallio nimirum et pileo electorali induti, cum insignibus electoris, in margine circum positis, imago ligno incisa et chartae impressa est in fol. quarta et octaua forma, cui imagini sequentes uersus subscripti sunt:

Et patris et patrui, famam, uirtutibus aequat,
Qui patris et patrui, nobile nomen habet.
Adserit, inuicto diuinum pectore uerbum.
Et Musas omni dexteritate iuuat.
Hinc etiam ad promptos studiorum contulit usus,
Inspicis, hoc praesens quod modo, lector, opus.

XII.

Praestantiora et rariſſima huius Bibliothecae electoralis opera in 3. potiſſimum classes diuidemus et cum curiosis lectoribus eorundem titulos ad augendam rariſſimorum librorum notitiam communicabimus. Prima classis esto *librorum magnae molis, et ex multis uoluminibus constantium, ideoque non adeo uulgarium, sed plerumque rariorum et pretiosorum, uel saltim ob unam alteramque rationem memoratu non prorsus indignorum.* Ad hanc classem pertinent.

EX

EX

BIBLIOTHECA ELECTORALI THEOLOGICA

In Folio.

1. 2 Bibliorum Hebraeo-Chaldaicorum partes 2. cum Targum ONKELI et commentar. R. *Salomon Iarchi.* Prophetae priores et posteriores cum Targum *Ionathan*, filii *Vriel* et comment. R. *Dav.* KIMCHI. *Venet.* 1517. per Dan. *Bombergum*, Flandrum.

3-6 Bibliorum Hebraeo-Chaldaicorum partes 4. cum comment. R. SALOMON et ABEN ESRAE. *Venet.* a Dan. *Bombergio.* 1525.

7-9 Biblia Complutensia Graeco-latino-Hebraica V. T. Francisci XIMENES, partes IV. *Complut* 1517. it. N. T. ibid. 1514. cum Lexicis, graeco et hebraeo it. nominum propriorum explicatione. Opus incredibilis fere studii et immensae accurationis. Rarissimum pariter atque pretiosissimum.

10-17 Bibliorum Antuerpiensium quadriling. hebr. chald. graec. et lat. cura *Benedicti* ARIAE MONTANI uoll. 8. *Antuerp.* 1569. in charta augusta, opus rarissimum et pretiosissimum, cuius plurima exemplaria, in Hispaniam uehenda, turbidi maris tempestate perierunt et absorpta sunt,

hinc iam suo tempore *Sebast. Tengnagelius* hoc Bibliorum opus 300. florenorum pretio uenundari solere testatur. De raritate huius operis cf. *Wendlerum* in diss. *de libris rarioribus* §. 1. et celeb. *Schelhornium in amoenitatibus litterariis* Tom. 2. p. 398. ubi haec Biblia nunquam nisi cum summa animi delectatione in Bibliotheca publica *Memmingensi* se inspicere ac perlustrare profitetur. Recensionem uerbosam huius operis immensi ac uere regii suppeditat *Ioh. Christoph Wolfius in Bibliotheca Hebraica.* Tom. 2. p. 341. sq.

18-22 Opera HIERONYMI *Stridonensis* cum argumentis et scholiis *Erasmi Roterodami* Tomi IX. et appendix, cui inest Psalterium Hebraeum, graecum et duplex latinum. *Basil.* 1516.

23-27 CHRYSOSTOMI opera. *Basil.* 1539.

28-30 Eiusd. opera graeca in epistolas Paulinas.

31-40 *Aurelii* AVGVSTINI, Hipponensis Episcopi, opera omnia. *Basil.* 1529.

41-50 Eiusd. opera, partes II. cum indice. *Basil.* 1506.

51-58 Venerabilis BEDAE, Anglo-Saxonis opera Tomi 8. *Basil.* 1563.

59-65 HVGONIS Cardinalis opera, partes 7. *Basil.* 1498.

66-71 *Nicol.* LYRAE operum cum glossa ordinaria, additionibus *Pauli* Burgensis et replicis *Matth. Doringi* partes 6. *Basil.* 1507. et 1508.

72-74 *Ioh.* GERSON, Cancellarii Parisiensis, opera, partes 4. *Basil.* 1517. et 1518.

75-80 Bibliotheca sanctorum patrum, constans To-

Tomis 9. castigati per *Magarinum* DE LA BIGNE. *Paris.* 1589. cum appendice.

81-86 Opus Talmudicum partes 6. *Venet.* 1529.

87. 88 *Ioh.* HVSS et *Hieron. Pragensis* monumentorum partes 2. *Norimb.* 1558.

89-98 b. D. *Ioh. Martini* LVTHERI opera latina Wittebergensia. Tom. 7. it. Tomi 3. *Witteb.* 1545-1562.

99-103 Eiusd. Tomi Ienenses latini 4. *Ienae* 1557-1612. voll. 5.

104. 105 Eiusd. teutsche Eislebische Theile. **Eisleben** 1564. und **Leipz.** sine anno der 2. Theil.

106-118 Eiusd. 12. **Wittenbergische** Theile seiner teutschen Schrifften. **Wittenb.** 1539-1589.

119-127 Eiusd. 8. **Jenaische** Theile seiner teutschen Schrifften. **Jena** 1538-1611.

128 Opera *Vrbani* REGII latina, 3. partibus distincta, *Norimb.* 1562,

129 Eiusd. opera teutsch. **Nürnb.** 1562.

130-137 *Ioh.* BRENTII opera latina. *Tubing.* 1576-1590.

138-150 *Alphonsi* TOSTATI Commentar. in sacra Biblia. *Venet.* 1596.

151-153 *Conr.* PELLICANI Commentarii. *Tiguri* 1532-1535. cura Christoph. *Froschoueri.* Tomi 5. voll. 3.

154-156 Eiusd. Commentarii in libros omnes V. T. libros apocryphos, 4. Euangelistas et Acta Apostolorum *Tiguri* 1582.

157-159 *Huldrichi* ZWINGLII opera, partes 3. *Tiguri* 1581.

160. 161 *Theodori* BEZAE tractationes theologicae. voll. 3. *Geneu.* 1573. 1582.

162 *Hieron.* ZANCHII miscellaneorum libri 3. *Neapoli Palatinor.* 1582.

163. Eiusd. de tribus Elohim libri XIII, 2. partibus distincti. Ff. 1573. 2) Eiusd. de natura Dei, seu diuinis attributis libri V. *Heidelb.* 1577.

164 Eiusd. uolumen tractationum theologicarum. *Neostad.* 1597.

165 Eiusd. Commentar. ad Paulli epistolas ad Ephesios, Philipp. Colosſ. et Thessalonicenſ. *Neostad.* 1594 et 1595.

166 *Ioh.* ECKII operum contra *Lutherum* partes 2. *Ingolstad.* 1530. 1531.

167 Opera *Stanislai* HOSII. *Colon.* 1584.

168-170 *Roberti* BELLARMINI, Paletiani, Soc. Iesu, Disputationes de controuersiis fidei Christianae aduersus huius temporis haereticos. Tomi 3. *Ingolstad.* 1580-1593.

171-175 HVNNII opera. *Witteb.* et *Francof.* 1607-1609. Tomi V.

176. 177 CHYTRAEI opera. *Lipſ.* 1599. Tomi 2.

178-180 *Roberti* HOLKOTH 213. praelectiones super librum sapientiae, quibus adiectus est moralium explicationum liber unus. 1586. sine loco.

181-182 *Petri* MARTYRIS *Vermilii* locorum communium Tomi III. *Basil.* 1580-1582.

Libri maioris molis et plurium uoluminum ex Bibliotheca electorali theologica in Quarto.

Lucae OSIANDRI Bibliorum latinorum Tomi IX. *Tubing.* 1578. voll. 9.

Libri maioris molis et plurium uoluminum ex Bibliotheca electorali theologica in Octauo.

183-188 Refutationum Ieſuiticarum, ſiue doctrinae Ieſuiticae praecipua capita refutata. Tomi 6. voll. 6. *Rupellae* 1585-1589. it. GRATIANI Anti-Ieſuitae pars 2. *Rupellae* 1588.

In illuſtris VFFENBACHII *catalogo Bibliothecae* p. 87. huic operi, non frequenter obuio, pretium 8. Thalerorum conſtituitur. Auctores autem, in quolibet huius operis Tomo comprehenſos, recenſet *Chriſtoph. Auguſtus Salig* in *Hiſtoria Aug. Confeſſ.* Tom. 2. p. 178. ſq.

Libri maioris molis et plurium uoluminum ex Bibliotheca electorali iuridica in Folio.

NB. 189-192 Pandectarum Iuris ciuilis (*a*) Tomi 4. Voll. 4. cum commentariis ACCVRSII, ſcholiis *Contii*, Paratitlis *Cuiacii*, et *Dionyſii Gothofredi* notis adiectis *Lugd.* 1589. *ſub ſigno Leonis.* Editio rariſſima *Corporis Iuris Gloſſati* et praealiis accurata.

192 (b) Codicis libri XII. *Lugd.* 1589.

(*a*) Nimirum Tom. 1. Digeſtum vetus. Tom. 2. Digeſtum Infortiatum. Tom. 3. Digeſtum nouum. Tom. 4. In-

4. Institutionum libros 4. et uolumen legum paruum quod uocant, siue tres posteriores Codicis, Nouellas et Feud. continet.

193 Remissiones, siue indices capitum iuris *Petr.* BROSSAEI et notae ad *Accursium Ioh. Hennequini.*

NB. 194 Pandectae ex editione *Gregorii* HALOANDRI. (*b*). *Basil.* 1541.

(*b*) *Gregorius* (non *Georgius*, ut habet VOGTIVS *in catalogo libror. rarior.* p. 291.) HALOANDER, *Misnensis*, *Iulio* PFLVGIO, *Episcopo Numburgensi*, consultore, animum adpulit ad editionem corporis iuris nouam adornandam et emaculandam. Hinc in Italiam profectus, emendauit exemplar suum ad fidem lectionis *Florentinae* notatae aliis, ex codicibus MStis et schedis BVDAEI, ALCIATI, BOLOGNINI, et POLITIANI. Redux cum esset factus in Germaniam, nemo fuit, qui facere impensas uellet ad opus hoc, typis imprimendum, quas demum erogauit Senatus Norimbergensis. Hinc opus senatui dicatum et *Norimbergae* 1529. typis *Ioh.* PETREII editum fuit, ac anno 1530. codex Iustinianeus ex eiusd. HOLOANDRI recensione ibid. in fol. it. Nouellae graece cum eiusd. interpretatione ibid. 1531. in fol. de qua prima Pandectarum per HALOANDRVM (non autem omnium prima) editione uid. VOGTII *catalogum libror. rarior.* p. 291. Contulit quidem HALOANDER se iterum in Italiam, ut curis secundis opus suum iterata uice ederet; sed Venetiis in hoc conatu morte praeuentus anno 1532. obiit. cf. *Ioh. Petr.* a LVDEWIG *uitam Iustiniani* M. p. 314. *Ioh. Alberti* FABRICII *Bibliothecam latinam*, Tom. 3. p. 822. et *Georg Laurent.* HAVSFRIZ *Memoriam Gregorii* HALOANDRI. *Norimb.* 1736. in 8. Nostrae igitur Bibliothecae academicae editio *Basileensis* anni 1541. est secunda. 195

195 Nouellae gr. et lat. et Inſtitutiones ex editione eiusd. *Baſil.* 1541.

196 Codicis libri XII. ex eiusd. editione. *Baſil.* 1541.

197 Codicis libri 12. ab eodem editi. *Noribergae* 1530. Haec eſt prima codicis editio per HALOANDRVM procurata et ea, quae numero praecedente indicata fuit, ſecunda.

198 Nouellae, ab eodem editae gr. et lat. *Norimb.* 1531. Etiam prima editio.

199 THEOPHILI Inſtitutiones tantum gr. cura *Viglii Zuichemi. Baſil.* 1534.

NB. 200 Digeſtorum libri 50. ex Florentinis Pandectis repraeſentati per *Laelium* (*c*) (patrem) et *Franciſcum* (filium) TAVRELLVM. *Florentiae* 1553. partes 3. Voll. 3.

(*c*) LAELIVS TAVRELLVS, *Fanenſis Hetruſcus*, Pater *Franciſci*, integro decennio, quod ipſe fatetur, in ſuis aedibus ac manibus habuit codicem *Florentinum*, ut eum uerbatim deſcriberet, et cum ſuo exemplo conferret. Voluit autem, ut filius ſuus *Franciſcus* dedicatione operis huius Pandectarum inclareſceret, quod inſcripſit Etruriae duci ac principi COSMO. uid. *Ioh. Petri* de LVDEWIG *uita Iuſtiniani* M. p. 315. et auctores, quos larga manu, more ſuo allegauit Polyhiſtor celeberr. *Ioh. Albert.* FABRICIVS in *Bibliotheca latina* Tom. I. p. 835. ſq. Palmam editio haec tenet etiam nunc prae aliis et in tanta eſt apud eruditos aeſtimatione, ut hodienum haud raro 50. loachimicorum pretio redimenda ueniat: imo uero ne ueniat quidem, cum fruſtra in inſtructiſſimis Germaniae, Galliae et Angliae Bibliothecis quae-

quaeratur, teste *Gothofredo* TILGNERO in *noua librorum rarior. collectione* Fasc. 4. p. 710.

201 *a*) 201 (*b* Corpus iuris ciuilis cum notis *Dion.* GOTHOFREDI. *Colon.* 1615. partes 2. Voll. 2.

202 Corpus iuris ciuilis ad Florentinum antetypum cura *Sim.* van LEEVWEN *Amstelod.* 1663.

203 Directorium sacerdotale, siue lectura super epistolis PAVLI ad Timoth. et ad Titum partes 13. per *Ioh. Pfeffer*, uel *Pheffer* de *Wydenberg.* Theol. Prof. studii uniuersal. Friburg. Eiusd. tract. *de materiis indulgentiarum* 1482. sine loco.

204 Summa PLACENTINI super IX. libros codicis. *Moguntiae* 1536. Cod. Theodos. lib. XVI. *Basil.* 1528.

205-209 Tractatus Tractatuum Doctorum iuris voll. 10. *Lugd.* 1535.

210 *Francisci* DVARENI opera omnia. *Lugd.* 1578.

211 Syntagma tractatuum *de imperiali iurisdictione et potestate Ecclesiastica* cura *Simon.* SCHARDII, in quo continentur uarior. auctorum scripta e. g. VENERICI *Vercellensis*, siue WALTHRAMI, *Numburgensis Episcopi.*

212 *Equinarii* BARONIS opera omnia. *Lutet.* 1562.

213-216 *Nicol.* VIGELII Digestorum partes 6. *Basil.* 1568.

217-219 *Iosephi* MASCARDI de probationibus voll. III. *Francof.* 1585.

220 Tractatus *de testibus* plurium Ictorum, utpote *Nepotis* de MONTE ALBANO, *Iacob.* BVTRIGARII etc. *Colon.* 1575. it. Tractatus *Cautelarum*

rum Bartholom. Caepollae, Thomae Ferratii. etc. *Francof.* 1577.

221 *Bartholom.* CAEPOLLAE opera omnia. *Lugd.* 1577.

222 *Nicol.* EVERARDI Consilia. *Francof.* 1577.

223 *Emanuelis* COSTAE opera in ius Canonic. et Ciuile. *Lugd.* 1572.

224 Eadem opera. *Lugd.* 1584.

225 *Roderici* SVARETZ opera omnia. *Francof.* 1594

226 Singularia Doctorum *Ludou.* ROMANI. *Matth.* MATTHESILANI. etc. *Venet.* 1578.

227 *Ioh.* SICHARDVS in codicem, cura *Francisci Modii. Francof.* 1586.

228 *Baptistae* AYMONIS *de Alluuionibus. Venet.* 1581. 2) *Hippolyti Marsilii* tractatus *Bannitorum. Bonon.* 1574.

229 *Henr.* de PYRO super Institutiones sine loco et anno impressionis.

230-232 *Ioh.* a TVRRECREMATA super Decretales. Tomi V. voll. 3. *Venet.* 1578.

233.234 *Mariani* SOCINI super partem 1. et 2. libri 5. Decretalium. *Parmae* 1574.

235.236 *Ioh.* ab IMOLA in libros 1.2.3. Decretal. *Venet.* 1575.

237 *Henr.* BOICH in V. libros Decretal. *Venet.* 1576.

238 Tractatus uariorum Ictorum *de iure patronatus* e.g. *Ant.* de BVTRIO, *Ioh.* de *Anania, Henr. Boich, Caes. Lambertini*, Episc. Insulani, *Rochi* de *Curte, Pauli* de *Citadinis, Ioh. Nicol. Delph. Francof.* 1581.

239 *Mel-*

239 *Melchior* GOLDASTI Collectio Constitutionum Imperalium. *Francof.* 1613.

240 Eiusd. Collectio Constitutionum et legum imperialium. *Hanou.* 1609.

241 *Barnab.* BRISSONIVS de formulis et solemnibus populi romani uerbis. *Paris.* 1583.

242. 243 *Petri* REBVFFI Comment. in Constitut. regias Gallicas. Tomi. 3. *Lugd.* 1567.

244 Eiusd. Praxis Beneficiorum. *Lugd.* 1570.

245 *Stephani* WERBEVZI opus tripartitum iuris consuetudinarii regni Hungariae studio *Ioh. Sambuci. Vienn.* 1581. 2) Index Decretorum et Constitutionum Regni Hungariae usque ad annum 1579. inclus. 3) Decreta, Constitutiones et Articuli regum Hungariae ab anno 1035. ad 1585. *Tirnauiae* 1584.

246 *Noae* MEVRERS Liberey Keyserlicher, auch teutscher Nation Land- und Stedt-Recht. Heidelberg 1582.

247 Der Stadt Nürnberg verneute Reformation. 1564.

248 Layen-Spiegel. Augsp. 1599.

249 *Andr.* de ISERNIA Comment. in constitutiones regni Siciliae. *Lugd.* 1566. 2) *Aimonis* PVBLITII Commentarii in Consuetudines Aruernid. *Paris.* 1548.

250 *Gonzali* SVAREZ Praxis ecclesiastica et secularis. Tom. 3. *Francof.* 1613.

251 *Dionys.* GOTHOFREDI Praxis ciuilis. Libri 2. *Francof.* 1615. lib. 1. et ibid. 1591. lib. 2.

252 *Sigism.* SCACCIAE tractatus de iudiciis causarum

sarum ciuilium, criminalium et haereticar. lib. 1. *Venet.* 1596. et liber 2. *Romae* 1604. 2 Bände.

253 *Tiberii* DECIANI tractatus criminalis, Tomi II. *Francof.* 1591.

254 Rerum Criminalium Praxes uariorum Ictorum, a *Francisco* MODIO editi. Tomi 2. *Francof.* 1587. 1 Band.

255 *Prosperi* FARINACII quaestionum criminalium Libri 2. *Venet.* 1589. et 1593. libri 2.

256 *Guil.* BVDAEVS *de transitu Hellenismi ad Christianismum. Paris.* 1535. scriptum proprie ad hanc classem non pertinens, quia non adeo magnae molis est, attamen memoratu dignum.

257 *Guil.* BVDAEVS in 24 libros Pandectarum, *Paris.* 1538.

258 *Ioh. Baptista* ASINIVS *de Executionibus. Venet.* 1589.

259 Thesaurus communium opinionum, in 2 Tomos distributus, continens *Anton. Mariae* CORATII, *Macagnini Azzoguidi* et multorum aliorum communes opiniones. *Francof.* 1584.

260 Defensor Pacis ad Imperatorem Ludou. Bauarum, siue de Potestate Papae et Imperatoris. 1522.

261 262 *Petr. Phil.* CORNEI Consiliorum volumina 4. *Lugd.* 1531. 2 Bände.

263 *Angeli* de PERVSIO Consilia. *Lugd.* 1532. 2) *Hippolyti* de *Marsiliis* Consilia. *Lugd.* 1531. 3) Eiusd. Singularia noua. *ibid.* 1531.

264 IASONIS Consiliorum uolumina IV. *Lugd.* 1534.

265 Abbatis Siculi, alias *Panormitani* dicti, Consiliorum uolumina 2. *Lugd.* 1512.

266 267 *Petri Pauli* PARVSII Consiliorum Volumina IV. *Venet.* 1543.

268-272 *Steph.* BERTRANDI Consilior. Volum. 8. una cum repertorio. *Lugd.* 1560.

273 *Aymonii* CRAVETTAE Consilia *Lugd.* 1543. cf. infra n. 294. 295. 2) *Ioh Franciſc. Ozerius* in Inſtitut. *Venet.* 1543.

274 275 *Mariani* et *Barthol.* SOCINORVM Consiliorum Voll. 4. *Lugd.* 1531.

276-278 *Auguſtini* BEROII, Iſti Bononienſ. Consiliorum volumina 3. *Bonon.* 1567.

279 280 *Carol.* RVINI Consilior. Tomi 4. *Venet.* 1571.

281 282 *Petri* SVRDI Consilior. libri 4. *Venet.* 1571.

283 284 *Hippoliti* RIMINALDI Consilior. volumina 3. *Francof.* 1609.

285-287 *Franciſc.* BVRSATI Consilior. libri 3. *Francof.* 1579. et 1582.

288 289 BALDI Consilior. volumina 5. cum repertorio. *Venet.* 1575.

290 *Ludou.* ROMANI Consilia. *Lugd.* 1565.

291 *Iac.* MANDELLI Consilia. *Francof.* 1577.

292 293 *Ioh.* CEPHALI Consilior. libri 4. *Francof.* 1579.

294 295 *Aymonii* CRAVETTAE Consilior. Tom. 3. 4. et 5. *Venet.* 1581. 3 Bände. cf. ſupra n. 273.

296 *Guidon.* PANCIROLLI Consilior. lib. 1. *Venet.* 1578.

297-299 Christian Bahrt Urtheil und Bescheid an Kayserl. Cammer-Gericht. Volumina 3. Speyer 1604.

300 *Anton.* GABRIELII Communes Conclusiones. *Francof.* 1576.

301 Dominor. de ROTA Decisiones nouae, antiquae et antiquiores. *Colon.* 1581.

302 MODESTINI et *Simon.* PISTORIS Consil. vol. 1. *Lipſ.* 1586.

303 *Matthaei* de AFFLICTIS Decisiones Neapolitanae. *Venet.* 1584.

304 *Benedicti* CAPRAE et *Ludou.* POLOGNINI Consilia. *Venet.* 1576. 2) *Franciſc.* PFEILS Consilior. Centuriae 2. *Magdeb.* 1600.

305 *Frider.* BRVCKMANNI Consilia. *Lipſ.* 1605.

306 Consilia *Matth.* WESENBECCII pars 1 et 2. *Baſil.* 1577.

307 *Henningi* GODEN Consilia. *Witteb.* 1544.

308 *Vdalrici* ZASII Consilia. *Baſil.* 1538.

309 *Adriani* GYLMANNI Symphorematis Supplicationum Tomi 6. Tom. 1. *Francof.* 1604. Tom. 2. ibid. 1601. Tom. 3. ibid. 1601. Tom. 4. ibid. 1602. Tom. 5. ibid. 1603. Tom. 6. ibid. 1608.

310 *Ioh.* THILMANNI de BENIGNIS illustrium relationum, decisionum, obseruationum Camerae imperialis Apospasma Syndromion. *Vrſellis* 1601.

311 312 *Ludolphi* SCHRADERI Consilior. volumina 2. *Ien.* 1609.

313 Consilior. ad causſas ultimar. uoluntat. *Ioh.*

Bapt. ZILETI collectorum volumina 2. *Venet.* 1581.

314-317 *Ioh.* MEICHSNERI Decisionum Cameralium Tom. 4. *Francof.* 1603-1606.

318-322 *Iac.* MENOCHII Consilior. liber 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Venet.* 1582-1609.

322 (b) Consilia, siue Responsa *Sigism.* LOFFREDI, Patricii Neapolit. *Francof.* 1573.

323 Pars 1. Conclusionum Practicabilium *Matthiae* BERLICHII. *Lipſ.* 1651.

324 *Maximiliani Fauſt* ab ASCHAFFENE. Consilia pro Aerario ciuili, ecclesiastico et militari. *Francof.* 1641.

325 *Christoph.* BESOLDI, Icti, Consilia Tubingensia. Partes VI. *Tubing.* 1661.

326 *Ioh.* BRVNNEMANNI Consilia, siue Responsa academica, a *Sam. Stryckio* edita. *Francof. ad Viadr.* 1677.

327 328 *Christoph. Philipp.* RICHTERI Consilia. Volumina 2. *Ien.* 1665.

328(b) Eiusd Velitationes. *Ien.* 1667. 2) *Ioh.* KOEPPEN Decisiones. *Ien.* 1663.

329 *Christ. Philipp.* RICHTERI Decisiones. *Ien.* 1663.

330-333 *Casp.* KLOCKII Consilia. Tomi IV. *Francof.* 1649. et 1650. Tomi 3. priores et Tomus IV. *Norimb.* 1676.

334 *Georg.* MVNDI a *Rodach* Consilior. vol. 1. *Ien.* 1644.

334 b. c. d. *Ioh.* BERTACHINI Repertorium part. 3 3. Bände.

335 *Ioh.* CALVINI Lexicon iuridicum. *Frf.* 1600.

336 *Si-*

336 *Simon.* SCHARDII Lexicon iuridicum. *Colon. Agripp.* 1616.

337 *Iac.* SPIEGELII Lexicon iuris ciuilis. *Argent.* 1538.

338 339 *Arnoldi* de REYGER Thesaurus iuris. edit. 3. Tomi 2. *Francof. et Lipſ.* 1667.

340 *Raphaelis* SEILERI Remiſſiones iuris. *Francof.* 1671.

341 *Martin.* DOBBERCINI promtuarium iuris uniuerſi. *Helmſtad.* 1589.

342 Caſus Longi domini ELIVIANI, Doctor. Bonon. et *Franciſc.* ACCVRSII VIVIANI. ſuper Codice ſine loco et anno.

343 HOSTIENSIS Summa cum Summariis *Superantii*, Repertorio et Praelectura. *Lugd.* 1542.

344 *Andr.* de ISERNIA ſuper uſibus Feudor. *Lugd.* 1561.

345 346 *Andr.* TIRAQVELLI opera omnia. Tomi 2. *Francof. ad Moen.* 1597.

347 Index quadrigeminus rerum ac uocum in uniuerſis D. *Andr.* ALCIATI operibus memorabilium. *Baſil.* 1557.

348 *Nicol.* CISNERS, I. V. D. Viſitation-Abſchiede des keyſerl. Chammer-Gerichts vom anfang deſſelben biß auf gegenwärtige Zeit. Franckf. am Mayn 1570. 2) Noe MEVRERS I. V. D. Waſſer-Recht und Gerechtigkeit, fürnehmlich des goldreichen Rheinſtrohms. ibid. 1570. 3) eiusd. von Förſtlicher Ober-Herrlichkeit. 1570. ſine loco.

349 ROTAE GENVAE *de Mercatura et rebus ad*

eam pertinentibus Decisiones. *Francof.* 1592. Editio emendatior et castigatior.

Taceo alia scripta longe plura, praestantiora iuridica et utilissima in forma foliorum, quae in hac Bibliotheca electorali iuridica reperiuntur, et de uariis singularibus argumentis iuridicis agunt, uel in libros Pandectarum commentantur e. g. Scripta uaria *Baldi, Ioh. Blanchi, Salyceti, Bologneti, Ioh. Franc.* a *Ripa, Franciſchini, Curtii, Barthol. Socini, Raphaelis Fulgoſii, Ioh. Mariae Riminaldi, Iac.* de *S. Georgio, Goffredi Saligniaci, Raphaelis Cumani, Ioh.* de *Imola, Ioh. Marci Aquilini, Matth. Weſenbecii,* D. *Leandri Galganetti, Matthiae Gribaldi, Hugon. Donelli, Vdalrici Zaſii, Andr. Alciati, Conr. Lagi, Stephan.* de *Phedericis, Anton. Garro, Gilberti Cognati, Franciſc. Balduini, Bolognini, Nicol. Belloni, Ioach.* a *Beuſt, Seraphini* de *Seraph. Petri Rebuffi, Sfortii Oddii, Bartholom. Caepollae, Conr. Summenhart, Iulii Pacii, Ioh. Petr. Surdi, Simon.* de *Baetis,* M. *Anton. Peregrini, Fuluii Paciani, Franciſc. Manticae, Iac. Menochii, Hippolyti* de *Marſiliis, Ioh.* de *Turrecremata, Thomaſii Grammatici, Andr. Tiraquelli, Andr. Alciati, Iac. Butrigarii, Petri Philippi Cornei, Melchior. Klingii, Ioh. Oldendorpii, Claudii Cantiunculae, Marii Salomonii, Ioh.* de *Blanaſco, Ludou. Schraderi, Guilielmi Benedicti, Ioh. Anton. Rubei, Philipp. Decii, Paul. Montani, Ioſeph.* de *Seſe,* M. *Abrah. Sauers, Alex. Machholths, Frider. Schench, lib. Baronis* a *Tautemberg,* et aliorum adhuc longe plurium

Libri

Libri maioris molis et plurium uoluminum, uel saltim ob singularia argumenta pertractata, aut alias ob causſas memoratu digni, ex Bibliotheca electorali iuridica.

In Quarto.

350 (a) Inſtitutiones iuris ciuilis lat. et germ. 1580.
350 (b) Variorum autorum Repetitiones ſuper iure canonico. *Pariſ.* ſine anno.
351 DVRANDVS *de origine iurisdictionum*, item *de legibus.* 2) *Ioh. de* PARISIIS *de poteſtate papali et regali. Pariſ.* 1506.
352 *Iac.* CVIACII Iulius Paulus. *Francof.* 1596.
353 (a) 353 (b) *Oſwaldi* HILLIGERI Donellus enucleatus. partes 2. *Ien.* 1610. 2 voll.
354 *Iulii* PAVLI receptarum ſententiarum ad filium Libri V. *Pariſ.* 1558.
355 *Aluari* VALASCI Conſultationum Tom. I. *Olyſſiponae* 1593.
356 *Anton.* FABRI Coniecturarum libri XII. *Lugd.* 1591.
357 Inſtitutiones regni Neapolitani cum gloſſis *Petr.* de FERRARIIS. *Lugd.* 1533. 2) Practica Papienſis. *Lugd.* 1531.
358 *Alexandr.* RAVDENSIS Deciſiones ſenatus Mediolanenſis. *Francof.* 1600.
359 Areſta amorum cum erudita *Benedicti* CVRTII explanatione. *Lugd.* 1538.

Libri memorabiles ex Bibliotheca electorali iuridica.

In Octauo.

360 Inſtitutiones Iuſtiniani. *Noribergae* 1529.

361 Institutiones iuris cum Glossa *Syluestri* ALDROBANDINI. *Lugd.* 1554.

362 Institutiones THEOPHILI, e graeco in latinum conuersae per D. *Ioh. Curtium Antwerp.* 1536. 2) *Albert.* TROTIVS de uero et perfecto Clerico. *Lugd.* 1535. 3) *Ioh. Nicol.* ARELATANVS *de secundis Nuptiis.* 1536. sine loco.

363 *Aymari* RIVALLII historia iuris. *Mogunt.* 1533.

364 *Nicol.* REVSNERI Disputationum iuris ciuilis libri 4. *Basil.* 1586.

365 *Ioh.* CALVINI Themis Hebraeo-Romana. *Hanou.* 1595.

366 *Nicol.* VIGELII Responsorum iuris centur. IV. *Francof.* 1599.

367 *Ioh.* ROBERTI, *Aurelianensis* et *Iac.* CVIACII controuersiarum libri 9. *Marp.* 1604.

368 *Iac.* CVIACII Obseruationum libri 28. *Colon.* 1598.

369 *Ioh. Baptist.* MAGONII Paradoxa iudicialia. *Francof.* 1617.

370 *Anton.* NEBRISSENSIS Lexicon iuris. *Lugd.* 1537. 2) *Iaffredi Lanfranci* BALBI Decisiones. *Lugd.* 1535.

NB. 371 FRIDERICI II. *Imperatoris* Librorum reliqua *de arte uenandi cum auibus*, cum *Manfredi* regis additionibus, ex membranis uetustis nunc primum edita; *Albertus* M. *de Falconibus, Asturibus et Accipitribus, August. Vindelicor.* ad insigne Pinus ap. *Ioh. Praetorium* 1596. 1 Alph. 3 pl. Liber rarissimus, cui celeb. *Ioh. Ludolf Bünemann in catalogo librorum suorum rariorum*

et

et uenalium pretium 5 Thalerorum constituit, quique in auctione *Menarsiana* p. 440. pretio 10 Florenorum et dimid. saepe longe maiori pretio diuenditus fuit.

372 Decisiones CAPELLAE Tholosanae. *Lugd.* 1531.

373 (a) *Alberici* GENTILIS Disputationes *de libris iuris canonici, Libris iuris ciuilis, et Latinitate ueteris Bibliorum uersionis, male accusata. Hanouiae* 1605. 2) Eiusd. Laudes academiae *Perusinae* et *Oxonienſis. Hanou.* 1605. 3) Eiusd. disputationes 2. *de Actoribus et Spectatoribus Fabularum non notandis. Hanou.* 1599. 4) Eiusd. *de abusu mendacii.* ibid.

373 (b) *Radulphi* FORNERI rerum Quotidianarum. Libri 6. *Parisi.* 1606.

374 *Nicol.* BOERII Consilia. *Venet.* 1574.

375 *Philippi* MELANCHTONIS collatio actionum forensium Atticarum et Romanarum. *Witteberg.* 1546.

376 Singularia plurimorum insignium Doctorum cum praefat. *Gabriel.* SARAYNA. *Venet.* 1558.

377 Vocabularium Iur. utriusque. *Lugd.* 1572.

378 Vocabularius utriusque iur. 1540.

Libri maioris molis et plurium uoluminum ex Bibliotheca electorali Medica.

in Folio.

379 HIPPOCRATIS opera omnia graec. *Venet.* 1526.

380 *Pauli* AEGINETAE libri VII. graece. *Basil.* 1538.

1538. 2) HIPPOCRATIS libri omnes graece. ibid. 1538.

381 HIPPOCRATIS opera omnia, quae conſtant, graec. et lat. edita per *Hieron. Mercurialem. Venet.* 1590.

382 *Franciſc.* VALESII in Aphoriſmos Hippocratis. 2) Eiusd. Comment. omnes in Hippocratem hactenus editi. *Colon.* 1589. cura *Ioh. Petri Ayroldi Marcellini.*

383 *Iac.* HOLLERII de materia chirurgica libri 3. *Pariſ.* 1544.

384 *Thomae* ERASTI uaria opuſcula medica. *Francof.* 1590.

385 *Laurentii* SCHOLTZII epiſtolae medicinales Chymicae uariorum. *Francof.* 1598.

NB. 386-390 GALENI librorum graecorum partes V. *Venet.* 1525. cum notis manuſcriptis *Iani Cornarii*, Medici quondam in hac academia celeberrimi.

391-393 GALENI librorum graecorum partes V. *Baſil.* 1538.

394-396 GALENI libror. latinor. Tomi VII. cura *Bapt. Montani. Baſil.* 1542.

397 GALENI operum libri Iſagogici. *Baſil.* 1542.

398 GALENI opera latine *Thoma Linacro, Guil. Copo* et aliis interpretibus. *Baſil.* 1529.

399 GALENI quaedam opera latine ex uariorum interpretatione. *Baſil.* 1536.

400 Epitome operum GALENI per *Andr. Lacunam. Baſil.* 1551.

401 Theatrum GALENI, ſiue uniuerſae Medici-

nae

nae promtuarium per *Aloysium Mundellam. Basil.* 1568.

402 *Iulii* ALEXANDRINI in praecipue scripta *Galeni* annotationes. *Basil.* 1581.

403 Chiromantia *Ioh.* de INDAGINE. *Argent.* 1534. 2) *Octauii* HORATIANI rerum medicinalium, libri IV. *Argent.* 1532. 3) ALBVCASIS chirurgicorum libri 3. *Argent.* 1532.

404 AVICENNAE opera cum castigationibus *Andr. Alpagi. Venet.* 1544.

405 AVICENNAE opus cum correctionibus et adnotatis *Ioh. Costaei*, *Ioh. Pauli Mongii* et *Fabii Pauli Vtinensis. Venet.* 1595.

406 Medicae artis principes post HIPPOCRATEM et GALENVM Graeci, latinitate donati Tomus I. *Paris.* quo continentur praeter alia 1) ARETAEI opera *Iunio Paulo Crasso* interprete. 2) *Ruffi* EPHESII de appellationibus partium corporis humani libri 3. 3) *Pauli* AEGINETAE de re medica libri XVII. *Iano Cornario* interprete. 4) ORIBASII *Sardiani* opera, *Ioh. Baptista Rosario* interprete.

407 Tomus II. huius operis praeter alia continet 1) AETII opera ex interpretatione *Iani Cornarii.* 2) ACTVARII opera, *Iulio Alexandrino* interprete. 3) *Nicol.* MIREPSI opera interprete *Leonardo Fuchsio.* 4) *Quinti Sereni* SAMMONICI praecepta de Medicina.

408 *Pauli* AEGINETAE opera, uersa ab *Albano Torino. Basil.* 1532.

409 *Aetii* AMIDENI primi libri VIII. graece, *Venet.*

net. 1534. 2) *Alexand.* TRALLIANI libri XII. graece.

410 AETII Tetrabiblos *Iano Cornario* interprete. *Basil.* 1542.

411 Eiusd. de cognoscendis et curandis morbis sermones VI. interprete *Iano Cornario. Basil.* 1533. 2) *Nicol.* LEONICENI opuscula per *Andr. Leenanium. Basil.* 1532. 3) *Iulii* HYGINI fabularum liber. Accedunt *Palaephati*, *Fulgentii*, *Procli* et aliorum mythologiae. *Basil.* 1535.

412 AETII libri XVI. *Ioh. Bapt. Montano* et *Iano Cornario* interprete. *Basil.* 1535. 2) *Clementii* CLEMENTINI Medicinales lucubrationes. *Basil.* 1535.

413 TRALLIANI libri V. interprete *Albano Torino. Basil.* 1533. 2) ORIBASII *Sardiani* opera medica. *Basil.* 1529.

414 *Constantini* AFRICANI, Medici, opera reliqua. *Basil.* 1539.

415 *Andr.* VESALII de humani corporis fabrica libri VII. *Basil.* 1541.

416 Eiusd. Anatomia verteutscht. Nürnb. 1551.

417 *Felicis* PLATERI libri IV. de corporis humani structura et usu. *Basil.* 1583. 2) *Ioh. Philipp.* INGRASSIAE de tumoribus praeter naturam. Tom. I. *Neapoli* 1553.

418 *Ioh.* VALVERDI Anatomia. *Venet.* 1589. 2) *Archangeli* PICCOLHOMINI Anatomicae Praelectiones. *Romae* 1586.

419 *Andr.* LAVRENTII anatomia. *Francof.* 1600.

420 *Iulii* CASSERII historia anatomica de uocis auditusque organis. *Ferrariae* 1600. 2) *Hippolyti*

lyti SALVIANI Aquatilium formae, aeri inſculptae. *Romae* 1554. Liber maximae raritatis. uid. *Biblioth. anonym.* Part. I. p. 61. recenſetur in Aug. Beyeri *memoriis libror. rarior.* p. 7.

421 De Chirurgia Scriptores optimi, utpote *Ioh.* TAGAVLTII *de chirurgica inſtitutione* libri V. et multorum aliorum celebrium auctorum. *Tiguri.* 1555.

422 *Ambroſii* PAREI Opera Chirurgica. *Pariſ.* 1582.

423 *Ioh. Andr.* a CRVCE Chirurgiae opus. *Venet.* 1596.

424 DIOSCORIDIS de materia medica libri V. *Ioh. Ruellio* interprete. *Pariſ.* 1616.

425 Idem de materia medica libri V. de legalibus uenenis liber I. ex interpretatione *Marcelli* VERGILII, Secretarii Florentini cum eiusd. Commentariis. *Colon.* 1529.

426 *Petri Andr.* MATTHIOLI opera omnia, ſiue commentarius in VI. libros *Dioſcoridis*, a *Bauhino* aucti: eiusd. *Matthioli* Apologia, epiſtolarum medicinalium libri V. it. Dialogus de morbo gallico. *Francof.* 1598.

1090 *Dauid* ORIGANI Ephemeridum, ab anno 1595. usque ad annum 1624. deſinentium, pars 1. *Francof.* 1609.

1091 Earundem Ephemeridum pars 2. ab anno 1625. usque ad annum 1654. *Francof.* 1609.

1092 Earundem pars 3. *Francof.* 1609.

1093 Aſtrologica quaedam, e graeco uerſa a *Camerario. Noriberg.* 1532.

Libri memorabiles grammatici et philologici, ex Bibliotheca electorali Philoſophica et Philologica in Octauo.

1094 *Eliae* LEVITAE accentuum hebraicorum liber unus, per *Münſterum* editus. *Baſil.* 1539.

1095 *Theodori* GAZAE grammaticae graecae libri IV. graec. et lat. *Baſil.* 1538.

1096 *Marci Terentii* VARRONIS opera, quae ſuperſunt:

perſunt: In eius libros de lingua latina coniectanea SCALIGERI, ut et in libros de re ruſtica. In eundem VARRONEM *Turnebus*, *Victorius* etc. *Pariſ.* 1585.

1097 *Adrian.* TVRNEBI in eosdem VARRONIS libros comment. et emendationes. *Pariſ.* 1566. 2) *Aldi* MANVTII epitome orthographiae. *Venet.* 1575.

1098 *Lilii Gregorii* GYRALDI libellus de re nautica. *Baſil.* 1540.

1099 M. *Tullii* CICERONIS conſolatio, ſiue de luctu minuendo, cum notis *Carol. Sigonii. Norimb.* 1584.

Scriptum, a SIGONIO, ut plerique credunt, confictum, et CICERONI ſuppoſitum, ob quam fraudem litterariam SIGONIVS multis implicitus fuit controuerſiis, de quibus uid. celeb. *Ioh. Albert.* FABRICII *Bibliothecam latinam* lib. 1. cap. 8. p. 138. 139.

Libri Rhetorici memorabiles ex eadem Bibliotheca electorali

in Octauo.

1101 APHTONIVS, HERMOGENES et LONGINVS, graece editi per *Franciſc. Portum. Lugd.* 1569.

1102 1103 DEMOSTHENIS orationes, graece, partes 3. *Baſil.* 1547. 2 Bände.

1104 *Ioh.* STVRMII uaria ſcripta rhetorica.

1105 *Ioh. Lud.* VIVIS et *Guil.* BVDAEI uaria ſcripta.

1106 Epistolae clarorum uirorum ad REVCHLINVM. *Tigur.* 1558.

1107 *Dau.* CHYTRAEI Commentarius accuratus in Herodotum cum eiusd. oratione praemissa, de utilitate lectionis Herodoti. *Halae Saxon.* 1597.

1108 PROCOPII rhetoris orationes 6. de *Iustiniani* caesaris aedificiis, interprete ARNOLDO *Wesalienſe. Mogunt.* 1538.

1109-1111 Orationum ac elegiarum in obitum illustrissimorum principum Germaniae Tomi 3. *Francof.* 1566. et 1567. 3 Bände.

1112-1114 Orationum Argentinensium, a *Melchiore* IVNIO propositarum, Tomi 3. *Argentor.* 1611. 3 Bände.

1115 *Petri* BEMBI epistolae. *Basil.* 1539.

1116 *Iac.* SADOLETI epistolae. *Colon.* 1554.

Hi duo eruditi pertinent ad superstitiosissimos Ciceronis imitatores, qui *Ciceroniani* uocari uolebant et solebant, et nulla uoce latina in scriptis suis, nisi quae in Ciceronis scriptis reperiretur, uti apud se constituerant.

1117 *Philippi* MELANCHTONIS epistolae, scriptae annis 38. ad *Ioach.* CAMERARIVM. *Lipſ.* 1569. Epistolae MELANCHTONIS rarissime reperiri solent; Earum uarias collectiones easque rariores indicat VOGTIVS *in catalogo libror. rarior.* p. 385-387. et b. STOLLIVS in den Nachrichten von den Büchern der Stollischen Bibliothec im 13ten Theile p. 441.

NB. 1118 *Nicol.* CLENARDI epistolarum libri 2. *Hanouiae* 1606. Curiosae et rarae sunt hae epistolae.

1119-1125 Scriptorum, publice propositorum

in

in academia Wittebergensi ab anno 1540. usque ad annum 1569. Tomi 7. 7 Bände.

1126 Geoponica: De re rustica selectorum libri 20. graece, *Constantino* Caesari nuncupati. *Basil.* 1539.

1127 Eadem Geoponica, a *Iano* CORNARIO in latinum uersa. *Basil.* 1539. Duo posteriores libri sunt oeconomici.

Libri Historici memorabiles ex Bibliotheca electorali philosophica in Octauo.

1128 *Sulpitii* SEVERI Historia sacra cum notis *Iani Drusii. Arnhemiae* 1607. 2) Idem DRVSIVS de Hasidaeis. *Franeck.* 1603. 3) *Stephan.* RITTERI Grammatica germanica. *Marpurg.* 1616.

1129 PAVLI, *Aquileiensis Diaconi*, historiae miscellae libri 24. *Basil.* 1569.

1130 *Pauli* OROSII historiarum aduersus paganos libri 6. *Colon.* 1582.

1132 1133 *Pauli* IOVII Historiarum Tomi 2. *Basil.* 1567. 2 Bände.

1134 Eiusd. illustrium uirorum uitae Tomi IV. *Basil.* 1567. 1571. 2) Eiusd. regionum et locorum descriptiones.

1135 *Leonardi* ARETINI epistolarum libri VIII. *Basil.* 1535.

1136 Commentariorum de statu religionis et reipublicae in regno Galliae libri IX. sub HENRICO II. FRANCISCO II. et CAROLO IX. partibus 3. comprehensi, sine loco 1572.

1137

1137 OLYMPIAE FVLVIAE MORATAE opera omnia. *Baſil.* 1570.

Huius feminae doctiſſimae opera primus edidit *Caelius Secundus* CVRIO *Baſil.* 1558. et deinde etiam aliae editiones prodierunt, nimirum 1562. 1570. et 1580. in 8. quarum editionum poſterior etiam in Bibliotheca noſtra academica exſtat. Adhaerent his operibus eruditorum teſtimonia et laudes; HIPPOLITAE TAVRELLAE elegia elegantiſſima, quibus *Coelii Secundi* CVRIONIS epiſtolae et orationes acceſſerunt, et praeter modo memorata etiam editioni anni 1580. adhuc adiectae ſunt *Marci Antonii* PAGANVTII fabulae ex Aeſopo, latine factae et *Ioan.* BOCCACII quaedam ex Italico. De editionibus ac raritate horum operum legi poſſunt *Bibliothecae Bremenſis* Claſſ. VII. p. 579. ſq. *Paulus* COLOMESIVS *in operibus ſuis, iunctim editis* p. 415. ſq. et M. I. E. Anmerckungen über *Olymp. Fulu.* MORATAE Leben in den Fränckiſchen Actis eruditorum. Tom. 2. p. 267.

1138 1139 *Ioh.* GVALTERI Chronici Chronicorum eccleſiaſtici pars 1. *Francof.* 1612. pars 2. ibid. 1614. 2 Bände.

1140 1141 Eiusd. Chronici Chronicorum politici partes 2. *Francof.* 1614. 2 Bände.

In quibus uoluminibus uaria ſcripta memorabilia continentur.

1142 *Georg.* FABRICII Roma, Itinera, monumenta antiqua. *Baſil.* 1550. 2) Declamationum Ienenſium. Liber I. *Argentor.* 1554.

Libri memorabiles mathematici ex Bibliotheca electorali philoſophica in Octauo.

1143 *Ioh.* DRYANDRI de chiromantia libri 3. *Marpurg.* 1538. 1144 *Leo-*

1144 *Leonis Baptistae* de ALBERTIS tractat. de picturis. *Basil.* 1540.

1145.1146 *Ioh. Iouiani* PONTANI operum, maximam partem ethicorum, Tomi 2. *Basil.* 1566. 2 Bände. liber ethicus.

Libri poetici memorabiles ex eadem Bibliotheca electorali philosophica in Octauo.

1147 Florilegium diuersorum epigrammatum libri IV, cum annotationibus *Vincentii* OBSOPAEI. *Basil.* 1540. 2) Epigrammata graeca ueterum poetarum cum epitaphiis et epigrammatibus *Ioach. Camerarii* et *Iac. Micylli. Basil.* 1538.

1148 *Laurentii* RHODOMANNI Lutherus, heroico carmine graeco descriptus. *Vrsellis* 1579. 2) Eiusd. historia ecclesiae Dei, eodem genere carminis descripta. it. *Vlfelda*, genere heroico descripta. *Francof.* 1581.

1149 Commentaria graeca in VII. EVRIPIDIS tragoedias, collecta ab ARSENIO, *archiepiscopo Monenbasiae. Venet.* 1534.

1150 Historiola rei numariae per CAMERARIVM. *Tubingae* 1539.

1151 *Helii Eobani* HESSI aliquot carmina et Psalmi. *Lipsi.* 1535. 2) Eiusd. aliquot carmina et Psalmi. *Lipsi.* 1530. 3) Eiusd. syluarum libri 6. *Haganoae* 1536.

1152 *Aonii* PALEARII de animorum immortalitate libri 3. *Lugd.* 1536. 2) *Steph.* DOLETI uaria. *Lugd.* 1536. 3) *Nicol.* BORBONII carmina. *Lugd.* 1536.

1153 *Iac.*

1153 *Iac.* SANNAZARII opera omnia *Lugd.* 1536. 2) *Gilberti* DVCHERII epigrammatum libri 2. *Lugd.* 1538. 3) *Nicol.* BORBONII nugarum libri 8. *Lugd.* 1538.

1154 *Helii Eobani* HESSI operum farragines duae. *Halae Sueuor.* 1539.

1155 *Georg.* FABRICII poematum sacrorum libri 25. *Basil.* 1567.

1156 *Aegidii* PERIANDRI Germania, *in qua doctissimorum uirorum elogia et iudicia continentur, ex diuersiss. Poetarum monumentis collecta: quibus addita in singulos auctores et doctos eiusdem iudicia: Francof. ad Moenum* per *Petr. Fabricium, impens. Sigism. Feyerabend.* 1567. in 8. Laudatur hoc scriptum ut doctum ac rarum, illique pretium 3. imperialium statuitur *in catalogo librorum rariss. Bünemanniano.* p. 114.

1157 *Stephan.* DOLETI orationes, epistolae et carmina. it. liber epistolarum amicorum ad eundem sine loco et anno uid. supra annotata ad num. 1064.

1158 a) *Thomae* NAOGEORGI, *Straubingensis*, Mercator, tragoedia. 1540. sine loco.

Huius uiri tragoediae rarae sunt. uid. die Sammlungen von alten und neuen theologischen Sachen auf das Jahr 1733. p. 32.

1158 b) Froschmäuseler. Magdeb. 1608.

1159 *Vlrici* HVTTENI opera poetica, sine loco 1538.

1160 *Hartmanni* SCHOPPERI opus poeticum de astutia uulpeculae *Reinicks. Frf.* 1567.

Libri

Libri philologici memorabiles ex Bibliotheca electorali philosophica et philologica in Octauo.

1161-1164 LVCIANI operum, cum *Gilberti* COGNATI et *Ioh.* SAMBVCI notis gr. et lat. partes 4. *Basil.* 1563. 4 Bände.

1165 *Guil.* PHILANDRI castigationes in Quintilianum. *Basil.* 1536.

1166 *Gilberti* COGNATI narrationum sylua. *Basil.* 1567.

1167 *Anton.* LIBERALIS Transformationum congeries. graecae tantum *Basil.* 1568. 2) *Phlegontis* TRALLIANI liber de mirabilibus et longaeuis. graecae tantum. *Basil.* 1568.

1168 *Henr.* STEPHANI schediasmatum uariorum libri 3. *Paris.* ap. Henr. *Stephan.* 1578. qui sunt Ianuar. Februar. et Martii pensa. De raritate horum schediasmatum uid. *Bibliothec. Anonymian.* part. 3. p. 262. prodierunt etiam eiusdem *Stephani* pensa Aprilis, Maii et Iunii ibid. 1589. in 8. 2) Eiusd. *Stephani* NIZOLIO-Didascalus, siue Monitor Ciceronianorum Nizolianorum. *Paris.* 1578. 3) *Petr.* PITHOEI aduersariorum libri 2. *Basil.* 1574.

1169 *Petr.* RAMI et *Audomari* TALAEI collectaneae praefationes, orationes et epistolae. *Paris.* 1577.

CAP.

CAP. III.

CLASSIS II. LIBRORVM ANTIQVORVM, ET AD PRIMITIAS INVENTAE ARTIS TYPOGRAPHICAE REFERENDORVM, AB ANNO 1440-VSQVE AD 1517. 1518. 1519. ET 1520.

SIVE

VSQVE AD INITIA REFORMATIONIS, VEL EMENDATAE A b. LVTHERO RELIGIONIS, IMPRESSORVM.

in Fol.

1 a) b) Die teutſche Bibel, 2 Theile und 2 Bände, zu Nürnberg 1483. durch *Anton.* KOBVRGER, cum multis figuris biblicis, ligno inciſis, et uario colore pictis. Satis copioſam horum Bibliorum notitiam ſuppeditant *Auguſtus* BEYERVS *in arcanis ſacris Bibliothecarum Dreſdenſium* p. 70-76. *Theophilus* SINCERVS *de libris rarioribus* Tom. 2. p. 19. ſq. *Chriſtian.* IVNCKERVS in relatione *de Bibliotheca Gymnaſii Iſenacenſis* p. 53. ſq. *Melch. Sylu.* ECKARDVS *in ſtudioſo Theologiae* p. 148. et *Ioh.* FABRICIVS (abbas quondam Helmſtad.) *in Hiſtoria Bibliothecae ſuae* part. 1. p. 24. In *catalogo Bibliothecae Vffenbachianae* Tom. I. p. 2. his bibliis pretium 50. thalerorum conſtituitur. Stilus horum bibliorum germanicus ualde obſcurus

rus est. e. g. Deuteronomium uocatur das Buch der andern Ee (oder des andern, wiederholten Gesetzes, nam Ee est uox antiqua germanica et significat idem ac Gesetz) Ecclesiasticus uocatur das Buch der geistlichen Zucht. Acta Apostolorum das Buch der Würckung der 12 Botten etc.

2 ATHANASII opus contra haereticos, latine. *Vincentiae* 1482.

3 BASILII opera, *Vollaterrano* interprete. *Romae* 1515.

4 *Laurent.* VALLAE in lat. N. T. interpretationem annotationes, ex graecorum exemplarium collatione. *Paris.* 1505.

5 S. HILARII opera complura. *Paris.* 1510.

6 BONIFACII *Symmonetae* persecutionum christianarum libri VI. *Basil.* 1509.

7 Operum HIERONYMI pars 1 et 2. *Venet.* 1498.

8 Eiusd. Epistolarum partes 2. *Basil.* 1497.

9 *Ioh.* CHRYSOSTOMI opera latina. voll. 2. *Venet.* 1503.

10 *Aurelii* AVGVSTINI, *Hipponensis Episcopi*, liber epistolarum. *Basil.* 1493.

11 Eiusd. prima quinquagena in Psalmos. *Basil.* 1497.

12 Eiusd. liber de ciuitate Dei cum commento. *Venet.* 1489.

13 Eiusd. Quaestionum opus. *Lugd.* 1497.

14 AVGVSTINI in Paulli epistolas noua interpretatio, ex innumeris ipsius codicibus per uenerabilem *Bedam* collecta. *Paris.* 1499.

15 GREGORII *magni*, papae epistolae. *Venet.* 1504.

16 BERNHARDI, *abbatis Clareuallenſis*, opus, complectens ſermones de tempore et ſanctis, ſuper canticum canticorum, una cum epiſtolis et aliis. *Pariſ.* 1508.

17 BONAVENTVRAE, *epiſcopi Albanenſis*, opuſcula. *Venet.* 1504.

18 a. b. c. d.) *Nicol.* LYRAE operum partes IV. *Venet.* 1489. 4 voll.

19 *Thomae* AQVINATIS ſuper 4. Euangelia aureum opus. *Venet.* 1506.

20 *Heruaeus* BRITTO in 4. libros ſententiar. *Lombardi. Venet.* 1506.

21 *Thomae* AQVINATIS ſuper epiſtolas Paulli Commentarius. *Venet.* 1510.

22 D. *Ioh.* GEILERI KEISERSBERGII ſermones. *Argentor.* 1515.

23 POMERII ſermones de tempore, proditi curâ fratris PELBARTI de *Themeswar. Lugd.* 1509.

24 Eiusd. ſermones de ſanctis. *Lugd.* 1509.

25 GVILHELMI, *Pariſienſis*, ſermones de tempore et ſanctis. *Tubing.* 1498.

26 *Iacob.* de VORAGINE (*a*) ſermones de tempore et ſanctis, ſine loco et anno.

(*a*) Vid. de uero huius uiri nomine proprio celeb. HEVMANNVM *in conſpectu reipubl. litterariae* p. 121. not. (*x*) ubi tamen uitium typographicum lateat neceſſe eſt, nam in textu poſuit celeb. HEVMANNVS *Iacobum* de VORAGINE, et in nota (*x*) ſubiuncta; Verius, inquit, eum *Iacobum* de VORAGINE uocat *Caſimir.* OVDINVS, ergo nihil emendat, cum tamen aliquid emendaſſe uideri uelit.

27 Homeliarius doctorum i. e. ex ſcriptis P. P. AVGVSTINI, HIERONYMI, AMBROSII, BEDAE, LEO-

LEONIS, HAYMONIS etc. sermones de tempore et sanctis. *Basil.* 1493.

28 Thesaurus nouus sermonum de tempore. *Norimb.* 1496.

29 *Nicol.* de BLONIE sermones de tempore et sanctis. *Argentor.* 1495.

30 Sermones Dominicales M. *Paulli* WAN. *Haganoae* 1512.

31 Sermones de sanctis *Michael* LOCHMAIERI, cum 23. sermonibus *Pauli* WAN annexis. *Haganoae* 1512. it. 2) eiusd. Quadragesimale, siue tractatus de praeseruatione hominis a peccato. *Haganoae* 1512.

32 S. VINCENTII sermonum de tempore pars hyemalis. *Norimb.* 1492. 2) eiusd. sermones de sanctis. *Norimb.* 1492.

33 Eiusd. sermonum de tempore pars aestiualis. *Norimb.* 1492.

34 *Santii* de PORTA, *ord. predicat.* sermones hyemales et aestiuales de tempore. *Haganoae* 1514.

35 Eiusd. Mariale, siue sermones in festiuitatibus B. Virginis Mariae, *Haganoae* 1515. 2) Eiusd. Sanctorale, siue sermones de sanctis. *Haganoae* 1515.

36 Sermones KEISERSBERGII de tempore et sanctis. *Argentor.* 1515.

37 Sermones Dormi secure, uel Dormi sine cura, de tempore. *Norib.* 1498. et 2) de sanctis. *Norib.* 1494.

38 *Ioh.* de PROMYARD, *ordin. predicat.* Summa Praedicantium. *Norib.* 1518.

39 Sermones MEFFRETH, alias hortulus regina

de tempore, pars hyemal. it. 2) de sanctis, it. 3) pars aestiualis. *Norib.* 1496.

NB. 40 *Thomae* de HASELBACH Sermonum Dominicalium super epistolas Pauli pars hyemalis, sine loco 1478.

NB. 41 Eiusd. eorundem pars aestiualis ibid. 1478.

42 S. BONAVENTVRAE, *Seraphici Doctoris*, sermones de tempore et sanctis. *Reutlingae* 1485.

43 *Petri* RAVENATIS, *Itali*, I. V. D. *et equitis aurati*, sermones extraordinarii. *Witteb.* 1505.

44 *Hugonis* de PRATO FLORIDO sermones de sanctis. *Heidelbergae* 1485.

45 *Thomae* AQVINATIS de arte et uero modo praedicandi tractatus, ex paruo quodam suo tractatulo recollectus. sine loco 1483.

NB. 46 DIODORVS *Siculus*, a *Poggio* uersus. *Venet.* 1476.

47 *Bernardini* de BVSTIS Mariale. *Argent.* 1502.

48 a. b. Eiusd. Rosarium sermonum praedicabilium, partes 2. *Haganoae* 1503. 2. voll.

NB. 49 Aurea Biblia, siue liber introductorius in historias figurasque V. et N. T. *Vlmae* 1475.

50 *Petri* BERTHORII, *Pictauiensis*, Morale reductorium super tota Biblia, 34. libris consummatum. *Basil.* 1517

51 TAVLERI sermones, verteutscht. *Augsp.* 1508.

52 Concordantiae Biblicae, impressae *Spirae* 1485.

53 Textus

53 Textus sententiarum cum conclusionibus et partitione textus *Henr.* GORICHEM. *Basil.* 1510. it. ibid. 1507.

54 a. b) *Ioh.* SCOTVS super 3. libros sententiar. *Venet.* 1490. 2) Quodlibeta SCOTI cum eiusdem tabula. 2. voll.

55 a. b. c) *Thomas* de AQVINO super 4. libros Sententiar. *Venet.* 1486. 1487. 1490. 1497. 1498. 3. voll. eiusd. 2) Quodlibetales quaestiones. *Venet.* 1501.

56 *Thomae* de AQVINO Summa Theologiae pars 1. 2. et 3. cum *Matthaei* SICVLI annotationibus. *Venet.* 1509. et 1512.

57 *Paulus* CORTESIVS (*b*) in sententias. *Basil.* 1513.

(*b*) Hic *Paulus* CORTESIVS Theologiam scholasticam stilo alioquin ualde deprauatam (de quo iure meritoque queritur *Ioh.* PICVS *Mirandulanus* in epistola *de stilo scholasticorum*, quae epistola praefixa est *Armandi* de BELLOVISV *explicationibus terminor. theologicor. philosophicor. et logicor. Argentor.* 1609. in 12. et *Adam.* TRIBBECHOVIVS in libro singulari *de doctoribus scholasticis, et corrupta per eos diuinarum humanarumque scientia Ien.* 1719. in 8. edit. 2. per *Heumannum*) puro stilo proposuit. Ideo celeb. STOLLIVS in den Noten über Herrn Doct. HEVMANNS *conspectum reipublicae litterariae* p. 195. huius CORTESII scripta uidere et perlustrare optauit, eaque facili negotio in Bibliotheca nostra academica uidere et perlustrare potuisset, si studiosius illa scripta indagasset. cf. omnino de stilo CORTESII LOTTERVS in *Historia Peutingeri* p. 54. CAVEVS in *Historia litterar. scriptor. ecclesiasticor.* Part. 2. p. 319. HOT-

TINGERVS in *Hiſtoria Eccleſiaſtica* Saec. XV. p. 80. ſq.

58 *Thomae* CAIETANI in 1. partem ſummae commentaria. *Venet.* 1508.

59 In *Thomae* AQVINATIS opuſcula tabulae, cum additionibus concluſionum, concordantiis dictorum eius, et S. Scripturae autoritatibus. *Venet.* 1497.

NB. 60 BONAVENTVRA in 2. librum ſententiarum. *Taruiſii* 1477.

61 a. b) BONAVENTVRA in 1. 2. 3. et 4. librum ſententiarum. *Lugd.* 1510. 2. voll.

62 a. b. c. *Ioh.* CAPREOLI, *Tholoſani, Thomiſtarum principis*, defenſionum *Thomae* de AQVINO libri 4. *Venet.* 1514. 1515. 3. voll.

63 Littere recitatorie geſtorum fratris *Michaelis de* LEZENA. *Lugd.* 1495.

64 *Guil.* OCKAM ſuper 4. libros Sententiarum et Centilogium theologicum. *Lugd.* 1495.

65 a. b. *Richardus* de MEDIA VILLA in libros 4. Sententiar. *Venet.* 1509. 2. voll.

66 a. b. c. ALBERTVS M. Epiſcopus Ratisponenſis, ſuper 4. libros ſententiarum, una cum indice copioſiſſimo omnium 4. ſcriptorum. *Baſil.* 1506. 3. voll.

67 Eiusd. prima et ſecunda pars ſummae, alias dictae, de mirabili ſcientia Dei. *Baſil.* 1507.

68 *Gregorius* de ARIMINO in 1. et 2. Sentent. *Venet.* 1503.

69 DVRANDI de S. *Portiano* in 4. libros ſententiarum, quaeſtionum reſolutiones et deciſiones. *Pariſ.* 1508.

NB. 70

NB. 70 a. b. *Marsilius* INGVEN, super 1. 2. 3. et 4. librum sententiarum. *Argent.* 1501. 2. voll.

Georg. Iac. SCHWINDELII notitia libri huius, admodum rari, legitur in den Fränckischen *Actis* eruditorum. Tom. I. p. 193. sq. ut et in eiusdem SCHWINDELII elegantissimis Nachrichten von raren Büchern, quos idem Vir doctissimus, sub larua *Theophili* SINCERI latens, edere coepit. Tom. II. p. 455.

71 *Caroli* BOVILLI, Samarobrini, quaestionum theologicarum libri VII. *Paris.* 1513.

72 *Petrus* de PALVDE, *Patriarcha Hierosolymitanus*, super 4. libros sententiarum. *Paris.* 1514. 2) M. *Hadriani* FLORENTII *de Traiecto* quaestiones Quodlibeticae. *Louan.* 1515.

73 a. b. PELBARTI *de Themeswar* aurei rosarii Theologiae, ad sententiarum 4. libros pariformiter quadripartiti, libri 4. *Hagan.* 1504. et 1508. 2. voll.

74 a. b. THOMAE *de Argentin.* super 4. libros Sententiar. *Argent.* 1490. 2. voll.

75 DIONYSII *Cistertienſis* super libros 4. Sententiar. *Paris.* 1511.

76 *Adami* GODDAM super libros 4. sententiar. *Paris.* 1512.

NB. 77 *Thomae* AQVINATIS Quodlibeta. *Norib.* 1474.

NB. 78 Fasciculus temporum. *Colon.* 1481.

Vid. SCHELHORNIVM in *amoenitatibus litterariis* Tom. 3. p. 134. editio *Basileensis* huius fasciculi per Bernh. *Richel.* 1482. in fol. minori, exstitit quondam in Bibliotheca de *Krafft*, *consulis Vl-*

menſis, it. editio germanica ad annum usque 1492. in fol. ap. eund. uid. *Schelhorn.* l. c.

NB. 79 *Petri* de BERGAMO ſuper omnia Thomae opera tabulae. *Baſil.* 1478.

80 *Gabriel.* BIEL ſuper 4. libros Sententiar. *Lugd.* 1514.

Vid. de hoc BIEL ſingularem diſputationem, quam de eo *Wittebergae* 1719. ſub praeſidio cel. D. WERNSDORFII habuit *Hieron. Wig.* BIEL, permotus communitate nominis.

81 GREGORII M. Papae opus moralium. *Venet.* 1480.

82 a.b. GVILERMI *Pariſienſis* operum partes 2. *Norib.* 1440. ſcriptae, per *Ioh. Roſenbach. Norib.* 1496. 2. voll.

83 a) Rhetorica diuina de oratione Domini GVILERMI *Pariſienſis*. 2) Libellus, dans modum legendi contenta et abbreuiata in utroque iure, continens omnes titulos et rubricas utriusque Iur. *Norib.* 1492. 3) Libellus de uita et moribus Philoſophorum et poetarum, ſine loco et anno. Adhaeret repertorium manuſcriptum in hunc libellum, compilatum in *Wurtzen* 1479. ergo libellus ipſe iam antea impreſſus fuerit neceſſe eſt. 4) Compendium Theologiae ueritatis ſine loco et anno, ſed typi antiquitatem libri produnt.

83 b) Fratris *Hieronymi* de FERRARIA Triumphus crucis de ueritate fidei libri 9. ſine loco et anno, ſed typi itidem libri antiquitatem indicant.

84 *Claudii* SEISELLI, Sabaudienſis, *epiſcopi* ante Medio-

Mediolanens. deinde *Archiepiscopi Taurinensis*, tractatus *de triplici statu uiatoris. Taurin.* 1518.

85 Theologia naturalis, siue liber creaturarum, specialiter de homine et natura eius, in quantum homo, et de his, quae sunt et necessaria ad cognoscendum se ipsum, et Deum. *Argent.* 1501.

86 Dialogus dictus *Malogranatum*, compilatus a quodam abbate monasterii aulae regiae in Bohemia, ordinis Cistertiensis. A. 1487. sine loco.

87 Marci VIGERII, *Saonensis*, ordin. Minor. titulo S. *Mariae Trans-Tiberinae Presbyteri*, Decachordum christianum in urbe *Fani* 1507.

88 *Gabriel.* BIEL Canonis Missae tam mystica, quam litteralis expositio. *Basil.* 1510.

NB. 89 *Ioh.* de TAMBACO Consolatio Theologiae 1366. Hoc anno exaratum, non autem typis impressum est scriptum; nonnulli tamen perperam, et contra omnem rationem putarunt, annum 1366. esse annum impressionis.

NB. 90 Rituum ecclesiasticorum, siue sacrarum cerimoniarum romanae Ecclesiae libri 3. non ante impressi, (*b*) per *Gregorios* de *Gregoriis*. *Venet.* 1516.

(*b*) Editio haec est rarissima, imo et altera, quae *Coloniae* 1557. prodiit. uid. *Eliae* EHINGERI *catalogum Bibliothecae Augustanae* fol. 161. Auctor huius operis fuit AVGVSTINVS, *Patricius Piccolominaeus, episcopus Pientinus*, sub INNOCENTIO VIII. Pont. Max. ceremoniarum magister. Minus recte ergo operis auctor *Paris* CRASSVS dicitur in PLACCH *theatro anonymor.* num. 671. (β) Cum in lucem

uix prodiisset hoc opus, priuilegio LEONIS, Pont. max. munitum, *Paris* de GRASSIS, tum temporis ceremoniarum in aula papali magister, acerbissimos contra editorem huius operis effudit querelas, quod praeter ius atque fas uero authori sua eripuerit, plagii reus; quod librum mutilauerit, uariisque in locis corruperit, quod denique res, religioso tegendas silentio, temere diuulgauerit. Litteras de GRASSIS supplices, propterea ad Pontific. max. datas, exhibet MABILLONIVS in *Museo Italiae* Tomo II. p. 588. In Compendium hoc opus redactum prodiit sequente titulo: Bapsts Gepreng aus dem Ceremonien-Buch, auch etliche Ceremonien der Bischoffe, aus ihrem Pontifical sehr fleissig gezogen. Nonnulla etiam exinde excerpta exhibentur in WOLFFII *Lectionibus memorabilibus* Tom. 2. fol. 701. Notatu uero dignum est, ipsius *Paridis* de GRASSIS, (qui huiusmodi arcana, in apricum haud proferenda, adeo uehementer contenderat) libros 2. *de ceremoniis Cardinalium et Episcoporum in eorum Dioecesibus* posthac *Venetiis* anno 1582. ap. Petr. *Dusinellum* in 4. typis excusos fuisse, Hic autem de GRASSIS, *Bononiensis*, celeberr. suo tempore sacrarum ceremoniarum antistes, operam suam in eo munere per 30. et amplius annos, apud summos Pontifices ALEXANDRVM VI, IVLIVM II, LEONEM X, HADRIANVM VI. CLEMENTEM VII. summo studio ac diligentia, et magna cum laude praestitit, ac demum ob merita sua *episcopus Pisaurensis* creatus est. Librum suum scripsit in gratiam *Ioh. Steph.* FERRERII, *Cardinal. Bononiensis*, perpetui ecclesiae tunc administratoris, in quo libro minutim ac miro ordine omnia recensentur ac disponuntur, quae per pontifices, in dioecesibus suis morantes, circa diuinum cultum obseruari debent, sumta quidem illa ex frequenti usu cappellae

pellae (ut uocant) papalis, ex qua omnes exemplum sumere debent, ita tamen accommodata, ut distincte cognosci possint, quae communes, quae item summi Pontificis, quae Cardinalium, quae Episcoporum propriae ceremoniae sint, atque inde affatim omnes praecepta haurire possint, quibus ad sacra ministeria instruantur. De GRASSIO hoc etiam conferri meretur BAYLE dans son *Dictionnaire Historique et Critique* sub uoce de GRASSIS et conferendae etiam huc omnino sunt SCHELHORNII *amoenitates litterariae* Tom. 3. p. 145. sq. et Tomo 5. p. 242. sq.

91 Elucidatorium Ecclesiasticum, ad officia Ecclesiae pertinentia 4. libris planius exponens, *Iodoco* CLICHTOVEO explanatore. *Basil.* 1517.

92 *Angeli* de CLAVASIO Summa de casibus conscientiae. *Argent.* 1513.

93 a. b. *Nicol.* CVSAE Cardinalis, operum Volumina 2. *Paris.* 1514.

94 *Wilhelmi* DVRANDI rationale diuinorum officiorum. *Venet.* 1509. 2) M. *Pauli* VENETI Quadratura. *Venet.* 1493. 3) Eiusd. 50 Sophismata. *Venet.* 1493.

95 *Thomae* de KEMPIS opera. *Norib.* 1494.

96 CASSIANVS de institutis coenobiorum, origine, causis et remediis uitiorum. *Basil.* 1485.

97 Speculum exemplorum, omnibus Christicolis salubriter inspiciendum, ut exemplis discant disciplinam. *Argent.* 1487.

98 Stellarium coronae benedictae uirginis Mariae (*a*) *Lugd.* 1509. it. 2) EVSEBIVS de praeparatione euangelica, a *Trapezuntio* e graeco in latinum traductus. *Venet.* 1500. 3) *Ioh.* REVCHLINI de

uerbo

uerbo mirifico libri 3. sine loco 1494. 4) IOACH. NB. ABBATIS relationes super statu summorum Pontificum cum eorundem ligno incisis imaginibus, sine loco et anno.

(*a*) Huius libri primae paginae aliquis adscripsit: *Stellarium hoc est blasphemiarum horribilium baratrum.*

99 *Aluari* PELAGII de planctu Ecclesiae libri 3. *Lugd.* 1517.

100 RVPERTI, *Abbatis Tuiciensis*, opus originale *de uictoria uerbi Dei*, in XIII. libros diuisum. *Aug.* 1487.

NB.NB. 101 *Wilhelmi* DVRANDI, *Mimatensis Episcopi*, quem Icti *Speculatorem* uocant, Rationale diuinorum officiorum, in membrana impressum, Libri IIX. *Moguntiae* 1459. per *Ioh.* FVST, et *Petrum* GERNSHEIM, uel *Petr.* SCHOEFFER. Fini huius libri, longe rarissimi, sequens clausula adiicitur.

Presens rationalis diuinorum codex officiorum, uenustate capitalium decoratus, rubricationibusque distinctus, Artificiosa adinuentione imprimendi ac caracterizandi, absque calami exaratione sic effigiatus, et ad eusebiam Dei industrie est consummatus per Iohannem *Fust*, ciuem Maguntinum et Petrum *Gernsheym* (i. e. Petr. Schoeffer) clericum Dioces. eiusdem, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Sexto die Octobris.

Editio haec est omnium antiquissima et nullus liber NB. antiquior atque prius impressus in Bibliotheca nostra academica exstat, quam haec editio rationalis DVRANDI, nisi forsitan duo Bibliorum latinorum uulgatae uersionis uolumina antiquiora esse censere

sere uelis, quae exstant in Bibliotheca Danziana theologica in folio, et litteris missalibus impressa sunt; de quorum Bibliorum latinorum editione coniicimus, eam intra annos 1440. et 1450. prodiisse in publicum, ideo haec duo Bibliorum latinorum uolumina *Seniorem* librorum impressorum, in Bibliotheca nostra academica exstantium; *Durandi* rationale uero de anno 1459. *Subseniorem* inter libros bibliothecae nostrae academicae uocare soleo ioculariter. De Bibliis latinis, antea nominatis, infra, sub titulo *de Bibliotheca Danziana* pluribus agendi locus erit.

Pretium editionis huius rationalis de anno 1459. etiam adhuc auget 1) quod membranae est impressa haec editio 2) quod longe plenior et perfectior est haec editio, quam illa, quae descripta est a MALLINCROTIO in dissertatione *de arte typographica*, cap. 8. p. 76. qui et ibi meminit, hunc esse antiquissimum librum, quem hucusque uiderit, qui annum impressionis habeat adscriptum, adeo ut uel *Moguntiae*, ubi tamen hic liber primum impressus est, ne tam antiquam quidem possideant huius libri, et tam perfectam editionem, qualis in Bibliotheca tamen nostra academica exstat.

Saepius quidem hic liber est excusus, attamen non adeo ubiuis obuius. Praestantissimae uero huius scripti editiones omnino sunt sequentes. *Moguntina* nostra, omnium rariſſima de anno 1459. et quidem, ut antea annotauimus, membranae impressa in fol. *Reutlingensis* anni 1473. *Norimbergensis* anni 1480. uel 1481. in fol. quae olim exstitit in Bibliotheca domini de KRAFFT. uid SCHELHORNII celeb. *amoenitates litterarias* Tom. 3. p. 134. *Veneta* 1483. in fol. VOGTIVS in *catalogo librorum rariorum* p. 231. etiam adducit editionem *Venetam* anni 1485, sed forsitan per errorem typographi-

pographicum in VOGTII libro annus 1485. positus est pro anno 1483. Editio autem haec *Veneta* anni 1483. etiam exstat in Bibliotheca nostra academica. *Argentoratenses* 1484. 1486. 1493. *Basileensis* 1488. *Norimbergensis* 1493. *Lugdunensis* 1516. *Veneta* 1519. *Lugdunenses* 1551. 1565. 1568. 1584. 1592. *Antuerpiensis* 1570. *Veneta* 1572. *Lugdunensis* 1605. Repetitis tamen hisce editionibus non obstantibus, infrequens est opus hoc DVRANDI, et quia lectu dignissima momenta continet, ideo *Erdm.* BIECKIVS in diss. *de Agendis Ecclesiasticis*, quae legitur Tomo IIX. *Miscellaneorum Lipsiensium* p. 50. recte iudicat: *Cum Durandus rarior sit, nec tamen sine uoluptate animi legatur, consultius certe fore, schedis aliis indignissimis sepositis, eundem prelo subiicere.*

102 *Petrus* MONTIVS de unius legis ueritate et sectarum falsitate. *Mediolani* 1509.

103 M. *Petri* COMESTORIS (antea Petr. TRECENSIS dicti) historia scholastica et euangelica, S. Scripturae seriem breuem nimis et expositam exponens. *Argentor.* 1500. Excellens opus. Prodiit etiam *Beneuenti* 1699. in 4. et *Venet.* 1729.

104 EVSEBII Historia Ecclesiastica, et Ecclesiastica historia gentis Anglorum uenerab. BEDAE, cum utrarumque historiarum per singulos libros recollecta capitulorum annotatione. *Argent.* 1500.

105 Opus *Petri* GALATINI, *ordinis minorum, Theologiae Professoris*, contra obstinatissimam Iudaeorum nostri saeculi perfidiam, ex Thalmud aliisque libris Hebraeis nuper excerptum, et quadruplici linguarum genere eleganter congestum, libris XII. 1518. *Orthonae maris.*

106 *Ioh.* PICI *Mirandulani*, Heptaplus de opere sex

sex dierum Geneseos. 2) Disputationum aduersus Astrologos libri XII. *Bon.* 1496. it. alia eiusd.

107 *Ioh. Francisci* PICI de rerum praenotione libri IX. pro ueritate religionis contra superstitiosas uanitates editi, et alia. *Argent.* 1507.

NB. 108 109 Vita Christi lingua gallica, partes 4. *Lugd.* 1493. in membrana.

110 Liber de abundantia exemplorum ALBERTI M. sine loco et anno.

2) Scala coeli. *Vlmae* 1480.

NB. 3) Determinatio Quodlibetalis, facta Coloniae in scholis artium per F. MICHAELEM, *Francisci conuentus*, Insulensem, ordinis Predicatorum, sacre theologie Professorem, tunc temporis in conuentu Colonensi prefati ordinis Regentem. *Colon.* 1475.

111 112 Der beschlossene Garten des Rosencrantzes Mariä, Nürnb. 1505. 2 Bände. cum multis figuris, ligno incisis et coloribus illuminatis.

113 CAESARII, *Monachi Cistertiensis*, in *Heisterbacho*, dialogi miraculorum, *Colon.* 1481. 2) LVDOWICI de *Roma* singularia super 5. Decretales, sine loco et anno.

NB. 114 Reuelationes BRIGITTAE. *Norib.* 1521.

115 Offenbahrung BRIGITTAE. *Norib.* 1502.

116 a) Liber Defloratorum et melliflua multorum patrum doctrina super Euangelia de tempore, per WERNERVM, abbatem, compositus. *Basil.* 1494.

116 b) Scala coeli. *Vlme* 1480. 2) ALBERTVS M. *de arte intelligendi*, *docendi et praedicandi* etc. 3) Fraternitas Cleri, per D. VLRICVM, qui uulgo *Vlmer* in *Vlma* uocatus est, edita *Vlme* sine anno.

anno. 4) Commentum GREGORII, papae, super canticum canticorum, sine loco et anno, sed typi magnam antiquitatem produnt, et impressionem huius scripti ad an. 1470-1480. referre suadent.

117 Varia scripta *Valdensium* et *Piggardorum*, libris 5. comprehensa. *Lipsi.* 1512. 2) S. Romanae Ecclesiae fidei defensionis clippeum, aduersus *Waldensium*, seu *Piccardorum* haeresin, per fratrem HENRICVM Institoris, *heretice prauitatis inquisitorem, ordinis predicatorum*, in formam sermonum utilissime redactum, impressum in Olomucensi marchionatu 1501.

Libri theologici antiqui et rariores ex Bibliotheca electorali in Quarto.

118 CYPRIANI opera. *Paris.* 1512.

119 GREGORII *Nazianzeni* carmina graeca, cum latina interpretatione. *Venet.* 1504.

120 *Maphaei* VEGII *(a) Laudensis*, de perseuerantia religionis libri VII. *Paris.* 1511. 2) Eiusd. libri 6. de educatione liberorum, et eorum claris moribus. it. eiusd. Dialogus Alithiae et Philalithis. *Paris.* 1511. 3) eiusd. inter inferiora corpora scil. terram, aurum, et superiora, praesertim solem, elegantissima simul et iocundissima disputatio. *Paris.* 1511. 4) Vetus editio Ecclesiastae: OLYMPIODORI in eundem inserta noua tralatio, interprete *Zenobio* ACCIAIOLO, *Florentino.* 5) ARISTEAS de LXXII. legis hebraicae interpretatione, interprete *Matthia* PALMERIO, *Vincentino. Paris.* 1512.

(a) Hic Libris XII. Aeneidos Virgilianae adiecit librum

brum 13. et ſtilum VIRGILII poeticum imitatione aſſequi conatus eſt. Indicata num. 2. ſcripta VEGII etiam rariſſima eſſe docetur in *L' Europe ſavante 1719. en Avril* p. 245.

121 LEONIS Papae epiſtolae, prelo Aſcenſiano. 1511. 2) *Anton.* MANCINELLI, *Veliterni*, ſermonum decus. *Argentor.* 1510. 3) *Ioh.* REVCHLINI liber congeſtorum de arte praedicandi. *Phorcae* 1508. 4) Stauroſtichon PICI *Mirandulani. Tubing.* 1512.

122 ANSHELMI, *Epiſcopi Cantuarienſis*, ordin. S. Benedicti, opuſcula, ſine loco et anno. it. 2) *Hieron.* SCHENCK de *Sumave* honeſtiſſimae ſemperque uenerandae uirginis nobilitatis deſcriptio. *Herbipoli* 1502. it. 3) RAYMVNDI, *Cardinalis et legati apoſtolici*, quomodo principes et praelati facinora publica punire debeant, ſine loco et anno. 4) Quae ſit uera mens legati Germaniae. 5) D. *Chriſtoph.* SCHEVRLI oratio, *attingens litterarum praeſtantiam et laudem eccleſie collegiate Vittenburgenſis. Lipſ.* 1508. 5) Auiſamenta, ad quae attendere debent Caeſar, principes et omnes, qui promeruerunt ſacratiſſimum iubileum, ſine loco et anno. 6) *Hieronymi* EMSER dialogus de origine propinandi, et an ſit toleranda compotatio in republica bene inſtituta, nec ne? *Lipſ.* 1505.

123 Pſalterium B. BRVNONIS, *epiſcopi Herbipolenſis. Norimb.* 1494. 2) Malleus Maleficarum. *Norib.* 1497.

124 Pſalterium idem. *Norib.* 1497. 2) Pſalterium cum apparatu uulgari, (i. e. germanico,) firmiter

miter appreſſo, Lateiniſch Pſalter mit dem teutſchen nützlichen dabey gedruckt. Baſel 1503. 4) B. GREGORII Papae in 7 Pſalmos poenitentiales explanatio, admodum utilis, *Mogunt.* 1495. per *Iac.* MEDENBACH.

NB. 125 *Conr.* HERESPACHII, *Icti*, ſimplex et dilucida explicatio Pſalmorum Dauidicorum. *Baſil.* 1478.

126 *Eſromi* RVDINGERI in Pſalterium paraphraſis latina, in ludo litterario fratrum Boemorum, 5 libris comprehenſa. *Goerlicii* 1581. Eiusd. coniecturae de ordine et collocatione Pſalmor. opus rarum et paucißimis uiſum iudice clar. REIMANNO in *catalogo Bibliothecae theologicae* p. 295.

127 *Roberti* HOLKOT, ſeu *Thomae* GVALESII in prouerbia Salomonis commentaria. *Pariſ.* 1510. 2) *Ioh.* KEYSERSBERGII ſermones de oratione dominica. *Argent.* 1510.

128 ALBERTVS M. de muliere forti. i. e. comment. in ultimum caput. Prouerb. Salom. *Colon.* 1499. 2) ALANVS de Maximis Theologie, ſine loco et anno. 3) CASSIODORVS de anima. *Phorce* 1507. 4) GVILHERMVS, *epiſcopus Pariſienſis*, de collationibus et pluralitate eccleſiaſticorum beneficiorum. ALBERTVS M. de adherendo ſoli Deo. Sanctus BONAVENTVRA ad fratres mendicantes, quales eſſe debeant erga praelatos et eccleſiarum rectores, 1500. ex officina Ioh. *Knoblauch.* 5) NILI, *epiſcopi*, ſententiae, uerſae a PIRCKHEIMERO in latinum. *Argent.* 1516. 6) BERNO abbas, *de officio Miſſae. Argent.* 1511.

129 *Alani* VARENII, *Montalbani*, ſuper Canticum

Cantico-

Canticorum homiliae XV. Explanationes 48. in aliquot Pſalmos. 2) Sermones quinque panegyrici, ſiue laudatiui in Mariam Θεοτόκον. *Pariſ.* 1515.

130 Abbatis IOACHIMI, *Florenſis*, ſcriptum ſuper Ieſaiam. *Venet.* 1517. 2) eiusd. Expoſitio libri CYRILLI de magnis tribulationibus et ſtatu eccleſiae, cum multis figuris ligneis. 3) Tractatus de Antichriſto IOH. *Pariſienſis*. 4) Quaedam prophetiae, ut et SIBYLLAE *Erithee*. 5) Tractatus de 7. Statibus Eccleſiae iuxta Apocalypſin Iohannis F. VBERTINI de *Caſali*. *Venet.* 1516. 6) IOACHIMI, *abbatis*, ſcriptum ſuper Heremiam. *Venet.* 1516. 7) D. *Ioſephi* GRVENPECK ex *Burckhauſen*, Dyalogus, in quo Arabs quidam Turcorum Imperatoris mathematicus cum Mamulucho quodam de chriſtianorum fide, Turcarum ſecta et aliis diſputat, impreſſus *Landshut* per Ioh. Weyſſenburger, ſine anno.

IOACHIMI, *abbatis Florenſis*, ſcripta, *Venetiis* partim, partim *Coloniae* edita, rariſſima eſſe docet *Iob. Matthias* GESNERVS de *Bibliotheca Ducali Vinarienſi* p. 49. Recenſet huius IOACHIMI ſcripta et auctores, de IOACHIMO, abbate, agentes, larga, ut ſolet, manu, indicat doctiſſimus *Ioh. Albert.* FABRICIVS in *Bibliotheca mediae et infimae Latinitatis* Tom. 4. p. 107. ſq.

131 *Bonifacii* de CEVA ſermones quadrageſimales. *Pariſ.* 1517.

132 GREGORIVS Papa in VII. Pſalmos poenitentiales. *Pariſ.* 1512. 2) eiusd. liber paſtoralis curae. *Pariſ.* 1512. 3) eiusd. ſuper Cantica Canticorum. *Pariſ.* 1509. 4) eiusd. 40 Homiliae ſu-

per Euangelia. *Pariſ.* 1509. 5) eiusd. Homiliae 22. ſuper Ezechielem. *Pariſ.* 1512. 6) eiusd. Dialogorum libri 4. *Pariſ.* 1500.

133 *Marci* MARVLI, *Spalatenſis*, Euangeliſtarium. *Baſil.* 1519,

134 ALBERTVS M. *Ratisponenſ. Epiſcop.* in Apocalypſin. *Baſil.* 1506.

135 Celifodina. *Erfordiae* 1502.

136 Celifodinae ſupplementum per RAYMVNDVM, *Cardinalem Gurcenſem. Erfordiae* 1504.

137 *Ioh.* KEISERSBERGII Peregrinus i. e. XXV. requiſita, peregrino uiatori ſpirituali accommodata. *Argent.* 1513.

138 *Nicol.* de LYRA Poſtilla, ſeu expoſitio litteralis moralis ſuper epiſtolas et euangelia quadrageſimalia cum quaeſtionibus *Anton. Betontini. Venet.* 1492. 2) D. *Petri* REGINALDETI *de ordine fratrum minorum*, ſpeculum finalis retributionis operum, tam bonorum, tam malorum. *Baſil.* 1499. 3) *Petri* AVREOLI tractatus de conceptione Mariae uirginis, quem ſcripſit anno 1338. 4) Fundamentum aeternae felicitatis, annexis 16 ſignis, quibus coniecturare poſſumus, aliquem fore de numero electorum. *Lipſ.* 1499. 5) Priuilegia et indulgentiae fratrum mendicantium. *Lipſ.* 1498. 6) *Ioh.* de BREITENBACH, I. V. D. Repetitio elegantiſſima C. A. nobis. de decim. et primit. *Lipſ.* 1500. 7) Repetitio famoſiſſima c. ſententiam ſanguinis ſub tit. *Clericus, uel Monachus. Lipſ.* 1499. 8) *Thomae* de AQVINO libelli de occultis naturae et motu cordis. *Lipſ.* 1499. 9) Compendioſus tractatus de arte

loquen-

loquendi et tacendi. *Lipſ.* 1495. 10) Decreta Concilii Baſileenſis. *Baſil.* 1499. 11) *Philippi* BEROALDI libellus, in quo 7 ſapientum ſententiae diſcutiuntur. *Lipſ.* 1499.

139 *Antonii* CORVINI Poſtilla de tempore et ſanctis. *Argent.* 1540.

140 *Leonardi* de VTINO Quadrageſimale. *Lugd.* 1501.

141 Eiusd. ſermones de tempore. *Lugduni* 1511. 2) Idem de ſanctis. *Lugd.* 1503.

142 *Oliuerii* MAILLARDI (*a*) ſermones de aduentu quadrageſimales, Dominicales etc. *Lugd.* 1503. 2) *Roberti* de LITIO ſermones de aduentu, de quadrageſima, de diuina caritate, de praecipuis Mariae feſtis. *Lugduni* 1593.

(*a*) De ſermonibus huius MAILLARDI, *Argentor.* 1506. in 4. editis, ita iudicat SCHELHORNIVS in *amoenitatibus hiſtoriae eccleſiaſticae* part. 1. p. 779. Dignus eſt hic liber, qui ſeruetur in Bibliothecis, etſi futiliſſimus ſit, Muſisque plane iratis conſarcinatus. Sacrae autem eloquentiae laude, iudice *Natali* ALEXANDRO in *Hiſt. eccleſ.* Tom. VIII. fol. 299. MAILLARDVS ſaeculo ſuo floruit, uirque ſanctitatis etiam opinione clarus exſtitit. Inſuper trina uice uniuerſi ordinis Minorum praefecturam geſſit, fuitque CAROLO VIII, Galliarum regi, a confeſſionibus et ab illo maximi aeſtimatus. Rationem et methodum, a MAILLARDO in ſermonibus ſuis obſeruatam, uerbis clariſſimi ROQVE accurate deſcripſit auctor quidam anonymus (Mr. IORDAN) in *Hiſtoria itineris litterarii*, anno 1733. inſtituti p. 162. ſq. et exinde SCHELHORN in *amoenitatibus hiſtoriae eccleſiaſticae* part. 1. p. 784. qui etiam p. 786. uarias ridiculas quaeſtiones theo-

 logicas,

logicas, a MAILLARDO in sermonibus suis pertractatas, indicat e. g. Vtrum Maria uirgo habuerit dolorem, uel utrum mutauerit colorem, uel facta fuerit pallida in grauitate sua, et MAILLARDVS plus simplici uice apud has quaestiones exclamat: *Leuate corda uestra Dominae mulieres!* Praesertim MAILLARDVS saepe usurpauit et adhibuit inter concionandum locutionem *ad mille diabolos* (vor 1000 Teufel) saepe gallicas uoces latinis immiscet, et egregium suppeditare potest ad *epistolas obscurorum uirorum* supplementum. e. g. *Si mulier moreretur in abortu, diabolus eam importaret,* so trüge sie der Teufel zur Beute davon. Eiusdem fere furfuris cum sermonibus MAILLARDI sunt sermones *Michael* MENOTTI et *Gabr.* BARALATTAE et tamen postremum ineptum declamatorem ualde laudat *Benedictus* BRIXIANVS in dedicatione sermonum BARALATTAE. *Hagan.* 1519. in 4.

143 *Iac.* de VORAGINE sermones de tempore et sanctis, sine loco et anno.

144 *Franc.* MARONIS sermones de sanctis cum aliis. *Basil.* 1498.

145 Quadragesimale Bigae salutis i. e. sermones de Decalogo, acerbitate poenarum infernalium, et iucunditate coelestis gloriae. Miracula, siue exempla 89. *Hagan.* 1501.

146 *Gabr.* BIEL sermones Dominicales de tempore. *Hagen.* 1516. 2) eiusd. passionis dominicae sermo historialis, sine loco et anno.

147 Eiusd. sermones de festis Christi: de festis Mariae et sanctis. *Hagan.* 1510.

148 *Iob.* GRITSCH Quadragesimale, per totum anni spatium deseruiens, cum thematum euangelicorum

corum et epistolicorum introductionibus. *Lugd.* 1506. 2) *Thomae* de VIO CAIETANI opuscula aurea, de curiosissimis materiis speculatiuis et practicis. *Paris.* 1511.

149 ALBERTI M. sermones XXXII. de sacrosancte eucharistie sacramento. *Colon.* 1498. 2) RAYMVNDI Summula. *Colon.* 1498. 3) MARSILIVS FICINVS, *Florentinus*, de triplici uita, sana, longa, coelitus comparanda 1489. 4) M. *Iosephi* GRVNPECK tractat. de pestilentiali scorra, siue malo de franzos, originem remediaque eiusdem continens. sine loco et anno. 5) Practica de nouis, raris et inauditis rebus et gestis, que futura sunt, cum multis figuris ligneis. *Argent.* 1499. 6) Liber, qui intitulatur *Prunellus*, in speculo stultorum. *Colon.* 1499. cum uariis figuris satyricis, ligno incisis. 7) Peniteas cito i. e. tractatus de penitentia et eius circumstantiis, sine loco et anno.

150 *Georg.* MORGENSTERN sermones contra omnem mundi peruersum statum. *Lipf.* 1501. 2) Manipulus curatorum, officia sacerdotum secundum ordinem sacramentorum perbreuiter complectens. *Argentor.* 1493. 3) ANNAE, matris Mariae, auiae Christi legenda. *Lipf.* 1502. 4) SENECA de IV. uirtutibus Cardinalibus. 5) BONAVENTVRA de castitate sacerdotum. *Lipf.* 1499. 6) Malleus maleficarum. *Norib.* 1496.

151 IVVENCVS, euangelicae legis maiestatem heroico carmine concludens. *Paris.* 1509. 2) RABANVS de institutione Clericorum. 3) quota generatione licitum sit matrimonium: 4) de 7 si-

gnis natiuitatis Domini: 5) de ortu, uita et moribus Anti-Christi. *Phorcae* 1505. 6) *Ioh.* de SANCTO GEMINIANO sermones funebres. *Lugd.* 1510.

152 Floretus theologicorum canonum S. BERNARDI, sine loco et anno. 2) Speculum artis bene moriendi, de temptationibus etc. sine loco et anno. 3) Doct. IACOBI, *ordin. Carthusienſ.* tractatus *de arte bene moriendi. Lyptzck* sine loco. 4) *Petr.* KYERSLACH Passio Christi et tractatulus BERNARDI *de planctu Marie* 1487. sine loco. 5) Sermones 3. *de passione Christi. Argent.* 1496. 6) ANSHELMI dyalogus de passione Christi, sine loco et anno. 7) BERNARDI tractatus *de planctu Marie*, sine loco et anno. 8) Eiusd. Homilia super Ioh. 19. *stabat iuxta crucem*, sine loco et anno. 9) Idem *de contemptu mundi et appetitu superceleſtium bonorum*, tractatus, uersibus hexametris conscriptus. *Lyptzck* 1493.

153 Acta Concilii *Conſtantienſis. Hagan.* 1500. 2) S. AVGVSTINI sermones 59. ad Heremitas, sine loco et anno. 3) *Ioh.* de LAPIDE resolutorium dubiorum, circa canonem missae occurrentium. *Colon.* 1500. 4) Expositio misteriorum missae, Christi passionem figurantium, metrice et prosaice proposita. *Lipſ.* 1501. 5) Vita Christi, edita a BONAVENTVRA per capita 95. sine loco et anno. 6) SENECAE liber de mundi gubernatione. *Lyptzick* 1498.

154 AVGVSTINI liber de Trinitate. *Venet.* 1489.

155 RICARDI de sancta Trinitate libri VI. *Pariſ.* 1510. 2) *Raymundi* LVLLII introductorium magnae

gnae artis generalis. *Lugd.* 1515. 3) Eiusd. arbor scientiae. *Lugd.* sine anno.

156 *Ioh.* VITALIS, Cardinalis, speculum morale totius sacrae Scripturae. 1513. sine loco.

NB. 157 *Ioh.* LVPVS de libertate ecclesiastica. *Argent.* 1511. 2) Regule Cancellarie apostolice 69. cum glossa, sine loco et anno. 3) LVPI tractatus de confederatione principum.

158 Eruditorum quorundam iudicium de donatione CONSTANTINI, quid ueri habeat, sine loco et anno. 2) de unitate ecclesiae conseruanda deque Schismate inter Henricum IV. Imp. et Gregorium VII. Pontificem Max. in bibliotheca Fuldensi ab HVTTENO inuentus liber. 1520. 3) *Nicol.* CLEMANGIS de corrupto ecclesiae statu, sine loco et anno. 4) *Ioh.* HVSS de ecclesia et caussa Boemica capp. 25. sine loco et anno. 5) F. AVGVSTINI *Alueldensis*, declaratio super apostolica fede, an diuino sit iure, nec ne, anque papa iure diuino in ipsa praesideat?

159 MERCVRIVS *Trismegistus* de sapientia et potestate 2) Idem de uoluntate Dei 3) Crater HERMETIS a LAZARELO, *Septempedano*, metrice, omnia haec tria scripta prodierunt. *Paris.* 1505. 4) S. ATHANASIVS in lib. Psalmorum, a REVCHLINO integre translatus. *Tubing.* 1515. 5) LEONIS, pontificis sermones. *Paris.* 1515.

160 *Bonifacii* de CEVA uiatice excursiones. *Paris.* 1515. 2) Dyalogus libertatis ecclesiasticae defensorius, *Oppenheimii* 1516. 3) *Henr.* de HAS-

SIA *(a)* Dyalogus contra fratres mendicantes, super conceptionem uirginis Marie, sine loco et anno. 4) Errores Ruthenorum 40. *Venet.* 1588. 5) Dyalogus apologeticus *Wigandi* WIRT, de conceptione uirginis Marie contra *Wessalianum*, *Oppenheim*, sine anno. 6) *Ioh.* AQVILAE Enchiridion de omni ferme ludorum genere. *Oppenheimii* 1516. 7) *Thomae* MEDII, *Veneti*, comoedia, quae inscribitur Epirotae. *Oppenheim.* 1516. 8) *Ioh.* AQVILAE de potestate et utilitate monetarum. *Oppenh.* 1516. 9) PIERIVS *Valerianus* de honoribus prò Gurcensi Caesareo totius Italiae Vicario. *Argent.* 1513. 10) Acta capituli generalissimi ordinis Franciſci. *Romae* 1517. 11) Tractatus utilissimus de preparandis, conseruandis et reformandis, uino, cereuisia et aceto, *Liptzk* sine anno.

(a). Hic primus Mathesin in Germaniam intulit, atque illius disciplinam propagauit. uid. LIEBKNECHTII diss. *de Hassia mathematica*, 1707. edita *Giessae*, in qua dissertatione etiam uitam huius *Henrici* de HASSIA paullo uberius describit.

161 Opusculum *Ioh.* CLICHTOVAEI de mystica numerorum significatione. *Paris.* 1513. 2) ATHANASII opusculum in Psalmos. 3) Enchiridion EPICTETI. 4) BASILII oratio de inuidia. 5) PLVTARCHVS de differentia inter odium et inuidiam. 6) Tabula CEBETIS. *Argent.* 1508. 7) BESSARIO, *Cardinalis*, de sacramento Eucharistiae. *Argent.* 1513. 8) De paritate conceptionis, dolore in passione filii, de iuxta crucem statione, deque assumtione Mariae uirginis libri aliquot. *Paris.* 1513. 9) F. CAROLI FERDINANDI, *ordinis Benedicti-*

nedictini, epistola Paraenetica ad eiusdem ordinis monachos. *Paris.* 1512.

162 *Marsilii* FICINI opusculum de religione christiana. *Paris.* 1510. 2) *Pauli* RICCII in apostolicum symbolum, a priori demonstratiuus dialogus. *Aug.* 1514. 3) *Raymundi* LVLLI ars magna generalis et ultima. *Lugd.* 1517. 4) *Ioh.* NIDER, *Theologi*, Formicarius i. e. dialogus ad uitam christianam exemplo conditionum formicae incitatiuus. *Argent.* 1517.

163 *Pauli* RICCIVS de 613. mosaicae legis edictis: 2) Disputatio pro christiana ueritate. 3) In Cabalistarum eruditionem Isagogae. 4) De nouem doctrinarum ordinibus conclusiones atque oratio. *Aug.* 1515. 5) F. CAROLI FERDINANDI libri 2. de tranquillitate animi. *Paris.* 1512.

164 ERASMI lucubrationes theologicae uariae. *Argent.* 1515. 2) *Iani* DAMIANI et uariorum autorum, ut et ERASMI epistolae aliquot. *Basil.* 1515. 3) Cato ERASMI. *Colon.* 1515.

165 *Nicol.* de ORBELLIS compendium super sententias. *Hagan.* 1503. 2) *Ioh.* HENLIN, *Theologi Norici*, tractatus super Salue regina. *Norib.* 1502. 3) ANNAE, genetricis Mariae, legenda. *Lipf.* 1498.

166 *Siluestri* PRIERIANI compendium in *Ioh.* CAPREOLVM. *Cremonae* 1497.

167 *Thomae* AQVINATIS opuscula 72. *Venet.* 1497.

168 BONAVENTVRAE Compendium S. S. Theologiae. 2) *Thomas* AQVINAS de uitio et uirtutibus

bus. 3) Quaestio de Anti-Christo, in studio Erfurtensi 1486. discussa.

169 *Petri* COMESTORIS Historia scholastica V. T. *Paris.* sine anno. Quadruplex missalis expositio, Litteralis, Allegorica, Tropologica, Analogica. *Basil.* 1512.

170 *Ioh.* CASSIANVS de institutis coenobiorum, origine, caussis et remediis uitiorum et collationibus patrum. *Basil.* 1497.

171 Firmamenta trium ordinum Francisci et eorundem statuta papalia. *Paris.* 1512.

172 *Hieronymi* BALDVNGI Aphorismi compunctionis. *Argent.* 1497. 2) ALBERTVS M. de muliere forti. *Colon.* 1499. 3) Liber fraternitatis rosaceae coronae ad honorem B. Mariae, sine loco et anno. 4) ANTONINI, *episcopi Florentini*, Confessionale. *Argent.* 1496. per *Martinum Phlach.*

173 *Henr.* BEBELII ars uersificandi. *Colon.* 1507.

174 Der Spiegel hochlöblicher Brüderschafft des Rosencreütz Mariä, auf Begehren Frauen Barbaren, Hertzogin zu Sachsen, Leipz. 1514.

Libri antiqui, et ad primitias typographiae referendi, ex Bibliotheca electorali theologica

in Octauo.

175 *Dionysii* AREOPAGITAE opuscula graece tantum, sine loco 1516. in aedibus Philipp. *Iuntae.*

Haec editio perrara est, et non castrata. De conditione et auctore huius libri rarissimi uid. PLACCIVM in *Theatro Anonymor.* num. 812. et celeb. *Heumannum* in tractatu *de Anonymis et Pseudonymis*, ad supplendum PLACCII *Theatrum anonymor.* p. 159. edit. in 8. et p. 40. edit. in fol. ante M. MYLII *Bibliothecam Anonymorum et Pseudonymorum.* WENDLERVM in diss. *de libris rarioribus* §. 4. Die Sammlungen von alten und neuen Theologischen Sachen 1722. p. 426. M. RIEGER in der Böhmischen Brüder-Historie part. 6. p. 521. editionem quandam huius libri de anno 1519. etiam adhuc indicat, sed celeb. VOGTIVS in *catalogo libror. rarior.* p. 436. monet, scriptum quidem hoc iam anno 1519. ab auctore IOHAN CHIMENSI (von Chiemsee) *in Carniola Episcopo et Suffraganeo episcopi Saltzburgensis*, exaratum, typis uero primum excusum esse *Landshuti in Bauaria* anno 1524. postea *Coloniae* 1531. 1536. in fol. 1620. sine loco in 4. (quae ultima editio etiam exstat in Bibliotheca nostra academica et quidem in Sagittariana theologica in quarto n. 215. Idem RIEGERVS l. c. etiam editionem huius libri de anno 1630. indicat, sed forsitan annus 1630. perperam, et per uitium typographicum

phicum positus est pro anno 1620. Liber autem hic, cui tit. *Onus Ecclesiae* papalem curiam et naeuos Ecclesiae libere exagitat, et uaria egregia ueritatis testimonia continet, auctor etiam non parcit WICLEFO, et uocat eum hereticum, qui plura sophismata et alia falsa docuisset.

Libri ob uarias causſas rariores et rariſſimi ex Bibliotheca electorali theologica in Quarto.

57 Pentateuchus et alii V. T. libri lingua germanica, hebraicis litteris exarati, sine loco et anno.

58 N. T. graece. *Haganoae* 1521. mense Martio, in aedibus *Thomae* ANSHELMI, *Badensis*, cura *Nicolai* GERBELII.

Hanc N. T. editionem longe rariſſimam uocat celeb. VOGTIVS *in catalogo libror. rariorum* p. 568. qua editione b. LVTHERVM noſtrum uſum fuiſſe exiſtimat b. *Tobias* ECKARDVS (*Rector quondam Gymnaſii Quedlinburgenſis meritiſſimus*) *in coniecturis de codice graeco N. T. quo uſus eſt* LVTHERVS. *Halberſtad.* 1722. in 8. Cui ſe oppoſuit *Petr. Adolph.* BOYSEN in diſſertatione critica *de codice graeco et conſilio, quo uſus eſt* LVTHERVS *in conficienda uerſione N. T. germanica. Lipſ* 1723. in 4. cf. de hac controuerſia et de editione *Gerbeliana* b. *Ioh. Georg* PALMIVS *de codicibus V. et N. T. quibus b.* LVTHERVS *in conficienda interpretatione germanica uſus eſt. Hamburgi* 1735. In quo ſcripto hiſtoria quoque dicti Iohannei 1. ep. 5. v. 7. a. b.

LVTHE-

LVTHERO omissi, illustratur. Accedunt etiam *Kiliani* LEIB et *Conr. Adelmanni* ab ADELMANNSFELDEN epistolae, *de dissonis Scr. s. translationibus.* (*a*)

(*a*) Tutissima in hac controuersia sententia est, affirmare, b. LVTHERVM non uno tantum codice graeco et hebraico, sed pluribus, ad conficiendam suam uersionem germanicam usum esse. In textu nimirum hebraico codice *Brixiano*, siue *Brescienſi* in 12. de anno 1494. uid. b. ZELTNERI tract. *de non vulgandis temere germanicis bibliorum uersionibus*, quae editio codicis *Brixiani* adhuc in Bibliotheca Berolinensi asseruari dicitur, uid. OPITII praefat. ad Biblia hebraica 1709. it. in adornanda V. T. uersione b. LVTHERVS etiam usus est editione *Bombergiana* Veneta in fol. 1517. Cel. ABICHTIVS in disp. de duobus uersibus, in Iosuae cap. 21. inter uers. 35. et 36. restituendis §. 15. coniicit praeterea et p. 29. aliquot exemplis probare nititur, b. LVTHERVM in uersione sua germanica adornanda etiam usum esse *Felic. Prulenſ. Exiudaei* editione V. T. *Veneta* in fol. 1517. Ad concinnandam N. T. uersionem b. LVTHERVS potissimum usus est editionibus *Aldi Manutii*, quia uero in editione N. T. *Aldina* de anno 1518. illud dictum 1. Ioh. 5. v. 7. *Tres sunt, qui testantur in coelo* etc. omissum est; ideo etiam b. LVTHERVS hoc dictum, non ex odio diuinitatis Christi, et quod in cute atque pectore totus fuerit Socinianus, (ut multi Pontificiorum et alii malitiose mentiti sunt) omisit, sed quia plus uersione germanica exprimere non poterat, quam in textu graeco reperiebat. Proinde caussa in promtu est, cur hoc dictum Iohanneum in prima uersionis germanicae b. LVTHERI editione non deprehendatur. Inseruit uero hoc dictum uersioni N. T.

germanicae primus anno 1606. *Leonhard.* HVTTERVS, si REIMANNO fides habenda est in den bibliſchen Fragen p. 60. Praeter codicem *Aldinum* anni 1518. b. LVTHERVS tamen etiam adhuc aliis multis N. T. editionibus ad uerſionem ſuam germanicam conficiendam uſus eſt, quod b. SAVBERTVS in *prolegomenis ad uarias lectiones ſuper Matthaeum* pag. 30. fin. colligi potiſſimum poſſe putat ex annotat. 1. ad. Ioh. 1. praeſertim b. LVTHERVS in pertexenda uerſione ſua N. T. germanica in conſilium quoque adhibuit editiones *Frobenianas*. uid. BOYSEN l. c. it. editionem N. T. ERASMI graeco-latinam anni 1516. in fol. et *Hagenoenſem*, ſiue *Gerbelianam* anni 1521. in 4. hoc ipſo numero adductam, quam editionem *Nicol.* GERBELIVS, ERASMI fere inſiſtens ueſtigiis, procurauit. uid. b. *Ioh. Albert.* FABRICII *Centifolium Lutheranum* p. 173. quem omnino huc confer. BOYSENIVS etiam l. c. monſtrat, uulgatam latinam uerſionem a b. LVTHERO ſaepius praelatam eſſe *Aldinae*, atque aliis N. T. editionibus. M. *Tobiae* ECKARDI autem ſententia eſt in *conjecturis* citatis (quae in den unſchuld. Nachricht. 1722. p. 1090. recenſentur) b. LVTHERVM in conficienda ſua uerſione N. T. germanica non *Aldinis*, et *Eraſmianis* editionibus, ſed *Gerbeliana* uſum eſſe, et *Ioh. Chriſt.* OLEARIVS editionem quoque N. T. *Gerbelianam* in conſilium ad hanc uerſionem adhibitam fuiſſe cenſet. BOYSENII e contrario ſententia eſt in diſſ. citata, (quae recenſetur in den unſchuld. Nachricht. 1723. p. 280) b. LVTHERVM in uerſione ſua N. T. germanica potiſſimum ERASMI *Roterodami* editionem de anno 1516. uel 1519. ſecutum eſſe, oſtendit etiam GERBELII editionem N. T. eſſe uitioſiorem editione ERASMI et ALDI MANVTII, et ad editiones *Frobenianas* expreſſam, ſed his minus accuratam. BOYSENII uero

ſenten-

sententia certior esse uidetur, quam b. ECKARDI; Nam ALDVS in editione sua N. T. secutus est ERASMI primam ap. *Frobenium* anno 1516. in Fol. excusam editionem, et ALDI editionem deinde secutus est GERBELIVS. Celeb. ECKARDVS postea BOYSENIO adhuc opposuit epistolam, qua suas coniecturas erudite, et quod maiorem adhuc laudem meretur, modeste illustrare studuit.

NB. NB. 59 N. T. germanicum, ex uersione b. LVTHERI, manuscriptis eiusdem notis ad marginem passim emendatum. *Witteb.* 1540. (*b*)

(*b*) Huic editioni N. T. emendationibus b. LVTHERI manuscriptis passim adiectis, correctae, idem b. Vir uaria alia sua manu adscripsit ab initio et in fine libri e. g. ab initio: *Christum descendisse ad inferos*, h. e. *ad locum damnatorum iuxta symbolum simpliciter credo, atque ibi factum uictorem diaboli* etc. In ultima huius editionis, anno 1540. impressae, pagina, haec leguntur, b. LVTHERI manu scripta.

Anno domini 1517. in profesto omnium sanctorum Wittebergae in ualuis templorum propositae sunt theses *de indulgentiis* a D. *Mart.* LVTHERO.

ibid. Anno 1518. postridie Bartholomei circa horam 10. Phil. Mel. (*Philipp.* MELANCHTON) primum uenit Wittebergam.

In auersa huius paginae columna eadem LVTHERI manus sequentia inseruit:

Sola fides iustificat in Christo et Ecclesia
Solus ciuis patitur in politia et mundo
Sola coniunx seruit in domo iuxta illud
Der Herr mus selber sein der Knecht,
Wil ers im Hause finden recht
Die Fraw mus selber sein die Magd
Wil sie im Hauße schaffen rat

Geſinde nimmermhẽr bedenckt,
Was Nutz vnd Schad im Hauße brengt
Vnd iſt in (ihnen) nichts gelegen dran
Weil ſie es nicht für eigen han.

P. M. (forſitan *propria manu*) 10. Mar. 46. (1546.) M. L. (*Martin.* LVTHER)

Autographum cantici illius, ad tempus natiuitatis Chriſti exarati, was fürchſtu Feind Herodes ſeer ꝛc. etiam in ultima ligaturae N. huius T. editionis tabula legitur, quod canticum b. LVTHERVS, ut inſcriptio adiecta docet, confecit die XII. Dec. 1541. Sed tantum hic leguntur 16. uerſus huius cantici, et ultimus uerſus eſt: Roter Wein durch ſein Wort. ꝛc.

Inſcripſit etiam b. LVTHERVS eidem huic editioni notiſſimum illum uerſum, uel ſymbolum ſuum: *Peſtis eram vivus, moriens* etc.

Notae, b. LVTHERI manu huic N. T. editioni adiectae, plerumque difficulter legendae ſunt.

60 Pſalterium mere graecum, *Aldi Manutii* litteris impreſſum. *Venetiis* ſine anno.

61 De Maria Magdalena et triduo Chriſti diſceptatio *Iac.* FABRI, *Stapulenſis. Pariſ.* 1517. 2) De laudibus S. Ludouici, regis Franciae. 3) De laudibus ſacratiſſimae uirginis et martyris Caeciliae. *Pariſ.* 1516. 4) *Hugonis* de S. VICTORE Allegoriarum in utrumque Teſtamentum libri X. *Pariſ.* 1517. 5) *Ioh.* RVSBERI, *presbyteri Canonici obſeruantiae beati Auguſtini*, de ornatu ſpiritualium nuptiarum libri 3. *Pariſ.* 1512. ap. *Henr. Stephan.*

62 *Iac.* BROCARDI myſtica et prophetica libri Geneſeos interpretatio. *Brem.* 1585.

63 Annotationes in die 5. Bücher Moſis durch D. *Wen-*

D. *Wenceslaum* LINCKER von Colditz, mit einer Vorrede D. Mart. Lutheri Straßb. 1543.

4 *Gilberti* GENEBRARDI, *Archiepiscopi Aquensis*, Psalterium Dauidis, uariis Calendariis et commentariis genuinum sensum et Hebraismos aperientibus, instructum. *Colon. Agripp.* 1615.

5 Commentarii initiatorii in 4. Euangelistas *Iac.* FABRO, *Stapulense*, auctore. *Colon.* 1521.

6 Contradictiones Doctorum nunc romanae ecclesiae. *Argent.* 1597.

7 D. *Andr.* BODENSTEIN, *Archidiaconi Wittebergens.* apologeticae propositiones contra D. *Ioh.* ECKIVM 1518. sine loco, sed absque dubio *Wittebergae.*

8 *Bartholom.* WESTHEMERI, *Phorzensis*, troporum, schematum, idiomatumque communium liber. *Basil.* 1561.

9 *Francisci* LVCAE *Brugensis* notationes in S. Biblia. *Antverp.* 1580.

10 *Ioh.* FABRI, *Constantiensis*, opus contra *Lutherum. Lipsi.* 1523.

11 *Siluestri* PRIERATIS, *ordin. Praedicator. Magiri* (sic legitur pro *Magistri*) *sacri palacii* ad Lutherum Dialogus; LVTHERI ad eundem Dialogum responsio, et alia plura LVTHERI aliorumque scripta minora 1516. sine loco, sed absque dubio *Wittebergae.*

12 Defensoris *Syluestri* PRIERATIS acerrimi responsio. *Witteb.* 1521. 2) *Vdelonis* Cymbri *Cusani* de exustione librorum *Lutheri*, et monachorum Dominicanae factionis nequitia ad Germaniae Proceres et ciues, sine loco et anno.

3) *Huldrichi* ab HVTTEN, *equitis Germani*, inuectiuae quaedam et exhortatio ad Carolum V. pro Luthero 9. quaestiones et epistolae, sine loco et anno. 4) *Ioh.* ECKII epistola notabilis. *Lipſ.* 1520. NB. NB. 5) *Antitheſis figurata uitae Chriſti et Anti-Chriſti*, sine loco et anno, de quo scripto uid. M. *Ioh. Chriſtoph.* MYLII notas ad M. SEYFRIEDI *uitam Ioh.* HVSSI. p. 44-48. not. (e) cf. paullo post in hac ipsa pagina num. 75. et infra dicta in cap. 5. *de codicibus manuſcriptis* ad num. 54.

73 Theologiae Facultatis Parisiensis determinatio super doctrina Lutherana. 2) Apologia pro Luthero. *Witteb.* 1521. 3) *Euricii* CORDI gratulatio de renascente euangelii luce, ad *Ioh.* FRIDERICVM, *ducem Saxoniae.* 4) CAROLOSTADII Axiomata de coelibatu, monachatu et uiduitate perpensa. *Witteb.* 1521. 5) Eiusd. Sendbrieff. *Witteb.* 1521.

74 D. LVTHERI Epistolarum Tomus I. a *Ioh.* AVRIFABRO collectus. *Ien.* 1556. De raritate harum epistolarum uideatur *catalogus Bibliothecae Haſeanae* p. 569.

NB. 75 Passional Christi und Anti-Christi, sine loco et anno, cum quibusdam figuris ligneis cf. paullo ante num. 72. (5)

76 Pasquillus nouus, de rebus Caroli et aliorum potentatuum 1537. sine loco. 2) Sepultura Lutheri 1538. sine loco. 3) Beelzebub an die heilige päbſtliche Kirche. 1537. sine loco.

77 Aliquot nomina propria Germanorum, ad priscam

scam etymologiam restituta, per quendam antiquitatis studiosum. *Witteb.* 1537.

78 Acta Smalcaldica wegen des Concilii, das nach Mantua bestimmt wär. **Wittenb.** 1537.

79 Acta zwischen *Conrad* TREGER, Augustiniano, und den Predigern zu Straßburg. **Straßb.** 1524. 2) Acta gehaltener Disputation zu Bern im Uchtlande. **Straßb.** 1528. 3) *Henrici* DORPII wahrhafftige Historie, wie das Evangelium zu **Münster** angefangen, und darnach durch die Wiedertäuffer verstöhret, wieder aufgehöret hat; darzu die gantze Handlung derselbigen Buben, vom Anfang bis zu Ende, beides in geistlichen und in weltlichen Stücken, mit einer Vorrede **Joh. Bugenhagens**, Pommers D. **Wittenb.** 1536.

Adhaeret Gespräch, oder Disputation *Anton.* CORVINI und *Ioh.* KYMEI mit Joh. von LEIDA, dem Münsterischen König zu Beverger gehalten, quae disputatio etiam exstat in Tomo 2. *operum Lutheri Wittebergensium* p. 376-391. quo loco etiam alia adhuc historia Monasterienſis DORPII germanica inseritur, quae apud DORPIVM hic non exstat, atque a priori relatione diuersa est; omittitur etiam ibi p. 366. epistola PHILIPPI, *Landgrauii Hassiae*, ad Monasterienses, quae est in DORPIO pl. C. et tantum additur responsio Praedicantium ad hanc epistolam, quae etiam est in DORPIO pl. F. Pars aliqua huius historiae congesta esse uidetur a D. *Theodoro* FABRICIO, uid. GESNER *in bibliotheca* p. 327. col. (a) et exinde PLACCIVS in *Theatro Pseudonymorum* n. 866. Ra-

rissimum autem hodie esse hunc DORPII libellum, 7. saltim plagulis constantem, docet uir de omni elegantiori litteratura optime meritus, *Ioh. Dau.* KOELERVS in den Historischen Müntz-Belustigungen Part. V. p. 260.

80 Concilium zu Gangra in Paphlagonien gehalten. 2) Anzeigung etlicher ketzerischen Artickel durch *Ioh.* COCLES, und *Georg.* WITZELS durch *Michael.* CELIVM. **Wittenb.** 1537. 3) Widerlegung etlicher Irrthum *Georgii* WITZELII, durch M. *Mich.* CELIVM. **Wittenb.** sine anno.

81 *Martinus* BVCERVS de uera ecclesiarum in doctrina et ceremoniis compositione, sine loco et anno.

82 Amica Exegesis Eucharistiae negotii ad Lutherum, auctore *Huldricho* ZWINGLIO. *Tiguri* 1527.

83 *Nic.* GALLI responsio de libro Wittenbergensium. *Ratisbonae* 1559.

84 Historia des Osiandrismi durch D. *Ioach.* MÖRLIN. **Brunschwig** 1554. 2) *Nic.* GALLI Proba des Geists Osiandri. **Magdeb.** 1552.

85 Exegesis colloquiorum aliquot, cum Sacramentariis habitorum. *Lipsi.* 1554.

86 *Anton.* SADEELIS opera theologica, uno uolumine collecta, *Sanct. Andreae.* 1593. 2) *Benedicti Ariae* MONTANI antiquitatum Iudaicarum libri XI. *Lugd.* 1593.

87 D. *Iac.* HEERBRANDI Compendium Theologiae, cum uersione graeca *Martini Crusii*. *Witteb.* 1582.

88 *Eliae*

88 *Eliae* HASENMÜLLERI Hiſtoria Ieſuitici ordinis. *Francof.* 1593.

89 *Philippi* MELANCHTONIS epiſtolae 66, ad *Fridericum* MYCONIVM conſcriptae, editae a M. *Cyriaco* SNEGASSIO. *Ien.* 1596.

90 *Ioh.* TRITHEMII epiſtolarum libri 2. *Haganoae* 1536. 2) *Gerhardi* LORICHII, *Hadamarii*, inſtitutiones catholicae, 1536. authoris aere et impenſis excudebat Chr. *Egen.* (forſitan *Egenolfus*.)

91 Defenſorium elucidatiuum obſeruantie regularis fratrum minorum, editum a reuerendo BONIFACIO, *prouincie Francie miniſtro* 2) Apologia Status fratrum ordinis minorum, de obſeruantia nuncupatorum, declaratoria, aduerſus patrem BONIFACIVM, *prouincie Francie miniſtrum*, ſine loco et anno.

92 Eccius dedolatus, autore *Ioh. Franciſco* COTTA, *Lenbergio*, *Poeta Laureato*, ſine loco 1520. 2) Varia iudicia de Luthero. *Lipſ.* 1520. 3) Regis Angliae ad duces et principes Saxoniae de coercenda abigendaque Lutherana factione, et Luthero ipſo, epiſtola, it. ducis GEORGII ad eundem regem reſcriptio. *Lipſ.* ſine anno.

93 La Confeſſion de Frere *Oliuier* MAILLARD (*a*) ſine loco et anno. 2) Conſeil pourſitable contre les ennuys et tribulations du monde, eſcript a *Ferrare* 1487. 3) Le Purgatoire ſainct patrice, inprimé *à Paris* ſine anno. 4) Les quinze joyes de mariage, ſine loco et anno. 5) La Vie ROBERT le Diable, *à Paris* 1498. 6) Les ſouhais des hommes, uerſus gallici, ſine loco et anno. 7) La

pacience de GRISELIDIS, *(b) marquise de Saluces, à Paris*, sine anno, cum figuris quibusdam, ligno incisis. 8) Le Cordial, traictie pour enflanber les ames en amour diuine, composé par maistre *Jehan* QVENTIN, *Chanoine de Paris*, sine loco et anno. 9) La Vie sainct *Jehan Baptiste*, uersibus gallicis conscripta, sine loco et anno. 10) La doctrine du pere au fils, sine loco et anno. 11) Les Demandes joyeuses pour rire, sine loco et anno. 12) Hystoire du tresvaillant Chevalier PARIS de la belle Vienne, fille du Daulphin de Viennois, lesquels pour soyaument aymer souffrirent moult d'aversitez auant quils peussent jouyr de leurs amours *à Paris* sine anno, cum quibusdam figuris, ligno incisis.

(a) De hoc MAILLARDO uide uaria notatu digna supra ad num. 142. p. 165.

(b) GRISELIDIS fut fille d'un pauvre homme, nommé JANICOLLE, et fut femme et espouse du Marquis de Saluces.

Libri rariores ex Bibliotheca electorali theologica in Octauo.

94 *Francisci* LAMBERTI, *Auenionensis*, Exegeseos in Apocalypsin libri VII. *Basil.* 1539.

Prodierunt etiam antea hi libri exegeseos 1528. in 8. et *in catalogo Bibliothecae Haseanae* p. 117. monetur, hos libros LAMBERTI in Apocalypsin tam raros esse, ut eriam quidam de eorundem exsistentia dubitauerint. cf. pluribus de hoc LAMBERTI in Apocalypsin commentario *symbolas litterarias*,

terarias, *Bremae* 1744. et 1745. in 8. editas. Tom. I. part. 4. p. 565-567. add. etiam ibid. p. 573-582.

95 *Ambrosii* MOIBANI Catechismus. *Witteb.* 1538.

96 *Anton.* FLAMINII paraphrasis in Psalmos. *Basil.* 1540

Editio *Lugdunensis* anni 1561. in 12. de hac paraphrasi FLAMINII in Psalmos, flammis addicta fuit, iussu PAVLI IV. *Pontif. rom.* uid. SCHELHORNII *amoenitates litterarias* Tom. VII. p. 500.

97 Acta Concilii oecumenici super controuersia *de coena domini*, conscripta per *Iacob.* SCHROPPIVM, *abbatem Maulbrunnensem*. *Witteb.* 1593.

98 *Ioh.* STAVPITII Constitutiones fratrum Heremitarum S. *Augustini*, ad apostolicorum priuilegiorum formam, pro reformatione Alemanie, sine loco et anno.

99 *Ioh.* NYDER, *sacre theologie professoris eximii, de ordine predicatorum*, Consolatorium timorate conscientie, *Colon.* 1506. 3 partes. 2) *Henr.* de HASSIA, *eximii theologie professoris*, secreta sacerdotum, que in missa teneri debent, sine loco et anno. 3) Magistri *Clementis* LOSOW, eximii *sacre pagine professoris, ordin. predicator. ac heretice prauitatis inquisitoris*, Sermones Rosarii, populo predicabiles. *Colon.* 1506. 4) Casus papales, episcopales et abbatiales, *Colon.* sine anno. 5) Tractatus iudiciorum, it. Tractatus renuntiationum beneficiorum in publicis instrumentis, it. Processus Sathane, procuratoris infernalis, contra genus humanum coram Deo nostro Ihesu Christo,

Christo, cuius quidem generis ipsa intemerata uirgo Maria aduocata exiſtit, ſine loco et anno.

6) Aurea Bulla CAROLI IV. ſine loco et anno.

7) Tractatus exquiſitiſſimi de queſtionibus et tormentis ſecundum BALDVM, *Pariſ.* 1507.

8) Ein theutſch tittel Büchlein, ſine loco et anno.

9) Canones quadrantis horologii diei, ſine loco et anno.

100 Augſpurgiſche Confeſſion und derſelben Apologia, aus dem Latein verteutſcht durch D. *Iuſtum* IONAM. **Wittenb.** 1533. uid. de hac editione, inter authenticas Aug. Confeſſ. editiones referenda. celeb. VOGTII *catalogum libror. rarior.* p. 199.

Taceo alia ſcripta quam plurima minora et originalia b. LVTHERI, FLACII, ſcripta adiaphoriſtica, ſiue de Interim, de Conciliis, pro, uel contra Concilium Tridentinum, contra Sacramentarios, *Oſiandriſmum*, *Stancariſmum* etc. quae magno numero in hac bibliotheca electorali theologica, inter libros in forma Quarta et Octaua exſtant, et plerumque alibi in bibliothecis, ſiue publicis, ſiue priuatis, rariſſime inueniri ſolent.

Silentio etiam praetereo ſcripta perplurima Exegetica *Eraſmi* SARCERII, *Benedicti* ARETII in plurimos, uel omnes N. T. libros. it. *Henr.* BVLLINGERI exegetica et alia ſcripta. *Ioh.* HYPERII (*Reformati*) ſcripta utiliſſima theologica, *Vrbani* REGII, ZWINGLII, ERASMI, BVCERI, *Ioh.* BRENTII, OECOLAMPADII, b. LVTHERI et aliorum, olim, et adhuc hodie celeberrimi nominis

nominis uirorum, qui itidem magno numero inter libros theologicos bibliothecae electoralis in Octauo reperiuntur, et plerumque ob raritatem suam satis sese commendant.

Libri rariores ex Bibliotheca electorali iuridica in Quarto.

NB. 101-103 Digestorum Libri L. ex editione HALOANDRI. *Norimb.* 1529. 3. voll.

De raritate huius operis uid. celeb. VOGTII *catalogum libror. rarior.* p. 291. et quae supra monuimus ad p. 44. num. 194. librorum in Fol. iuridicorum, ex bibliotheca electorali Classis I. librorum scilicet maioris molis et plurium uoluminum, not. (b)

104 *Constantini* HARMENOPVLI (*a*) Epitome iuris graece. *Paris.* 1540.

(*a*) *Numophylax quondam et iudex Thessalonicensis.* Haec eius epitome alias inscribitur legum prochiron et hexabiblos, cuius prima editio prodiit cura et studio *Theodorici Adamaei* SVALLEMBERGII, *Parisiis* ap. *Christi. Wechelum* MDXL. in 4. mai. pergameno impressa, et exstitit quondam in Bibliotheca generosissimi uiri de KRAFFT, *consulis olim reip. Vlmensis.* uid. SCHELHORNII *amoenit. litterarias* Tom. 3. p. 120.

CAP. V.

CAP. V.

DE CODICIBVS BIBLIOTHECAE ELECTORALIS MANVSCRIPTIS THEOLOGICIS, IVRIDICIS, MEDICIS ET PHILOSOPHICIS, *in Folio.*

Praeter praestantissimos libros theologicos, iuridicos, medicos, philosophicos et philologicos, typis impressos, cum Bibliotheca electorali Wittebergensi in Bibliothecam nostram academicam Ienensem praestantiores etiam, pretiosi et memoria dignissimi codices manuscripti, praesertim uarii ex serenissima ducum Cliuensium familia peruenerunt, ducta in matrimonium ab electore IOH. FRIDERICO I. magnanimo SIBYLLA, (*b*) IOHANNIS III, Iuliaci, Cliuiae ac Montium ducis sereniſſima principe filia, quam anno 1527 Torgae in matrimonium duxit. In plurimis his codicibus manuscriptis, plerumque auro et praestantissimis coloribus largiter exornatis, ab initio picta conspiciuntur serenissimorum ducum Cliuensium insignia.

(*b*) Haec est inclyta illa sponsa, quae serenissimae domui Saxonicae successionis Iuliacensis iura, iam olim a FRIDERICO III. imperatore ob insignia merita eidem clementissime collata, a MAXIMILIANO I. firmata et aucta, denuo attulit, eoque perfecit, ut ab excessu ultimi huius familiae ducis, RVDOLPHVS II. ac ceteri Augusti successores ea ipsa, auctoritate imperatoria, per gratiosissima diplomata confirmarent.

Series

Series autem codicum Manuſcriptorum, ab electoribus ſereniſſimis FRIDERICO, ſapiente, IOH. CONSTANTE, IOH. FRIDERICO III. magnanimo, eiusque coniuge ſereniſſima SIBYLLA, nec non filiis eius ſereniſſimis, IOH. FRIDERICO II. IOH. WILHELMO et IOH. FRIDERICO III. in Bibliothecam noſtram academicam Ienenſem translatorum, talis eſt, et quidem

Codices manuſcripti Theologici in Folio.

NB. NB. 1 Liber, continens aliquot Euangelia feſtiualia in membrana, exterius uenuſtiſſimam ſaluatoris faciem pictam, et uitro obductam, exhibens, cum laminis quibusdam argenteis inauratis,

Prima huius codicis manuſcripta pagina exhibet inſignia electoralia, egregiis coloribus, ſine dubio ab iſto celeberrimo in aula IOH. FRIDERICI I. magnanimi pictore, Luca *Cranachio* picta, et auro largiſſime exornata. Alteri paginae appicta ſunt inſignia Saxonica, itidem nitidiſſime picta, et multo auro diſtincta, in quorum medio inſignia electoralia continentur, cum ſubſcriptione:

FRIDERICVS, *Dei gratia, Dux Saxoniae, ſacri romani imperii Archimarſchallus et princeps elector, Romanorum regiae maieſtatis imperiique regiminis locum tenens* 1507. Additum eſt huic codici folium formae octauae conglutinatum, cui litteris aureis in charta rubra inſcripta eſt epiſtola LENTVLI, proconſulis quondam romani, ad ſenatum populumque romanum, agitque haec epiſtola

stola de statura ac forma corporis et faciei seruatoris nostri Iesu Christi, et ad uerbum sequenti modo concepta est.

Temporibus Octauiani *cesaris* Publius lentulus *proconsul in partibus Iudee et Herodis regis senatoribus romanis hanc epistolam scripsisse fertur, quae postea ab* Eutropio *reperta est in annalibus romanorum.*

Apparuit temporibus istis nostris et adhuc est homo magne uirtutis, nominatus Iesus Christus; qui dicitur a gentibus propheta ueritatis, quem eius discipuli uocant filium Dei, suscitans mortuos et sanans omnes languores. Homo quidem statura procerus, mediocris et spectabilis. Vultum habens uenerabilem, quem intuentes facile possunt et diligere et formidare. capillos habens coloris nucis auellanae praematurae et planos usque ad aures: ab auribus uero circinos crispos aliquantulum ceruliores et fulgentiores: ab humeris uentilantes. Discrimen habens in medio iuxta morem nazarenorum: frontem planam et serenissimam cum facie sine ruga et macula aliqua: barbam habens copiosam et impuberem, capillis concolorem: non longam, sed in medio biffurcatam: aspectum habens simplicem et maturum: oculis glaucis uariis et claris exsistentibus: nasi et oris nulla prorsus est reprehensio, quem rubor moderatus uenustat: in increpatione terribilis. In admonitione blandus et amabilis. hilaris seruata grauitate: qui nunquam uisus est ridere, flere autem sic (ego hic legendum esse puto SAEPE.) *In statura corporis propagatus et rectus, manus habens*

bens et brachia, uiſu delectabilia: In colloquio grauis, rarus et modeſtus: Specioſus inter filios hominum. cf. ea quae infra ad num. 80. codicum manuſcriptorum fere ſub finem huius numeri 80. de hac LENTVLI epiſtola adhuc dicta et monita ſunt.

Me etiam ueram de lectione uocis *ſic* per *ſaepe* coniecturam inſtituiſſe, confirmant opuſcula ANSHELMI, *Cantuarienſis Archiepiſcopi*, ſine loco et anno, (ſed forſitan Pariſiis intra ſpatium anni 1500-1512. impreſſa, ut characteres typorum indicare uidentur)! in 4. in horum opuſculorum fine etiam haec epiſtola LENTVLI, de forma faciei Chriſti impreſſa reperitur, et in eadem epiſtola luculenter legitur, *qui nunquam uiſus eſt ridere, flere autem ſaepe.*

Deſcriptio formae, ſtaturae et faciei Chriſti, quae in hac epiſtola *Lentuli* ſuppeditatur, prorſus conuenit cum imagine ſaluatoris picta, et exteriori ligaturae parti inſerta: Venuſtiſſima autem et egregie picta eſt Chriſti facies, admixta uenuſtati grauitate. Hanc ſaluatoris imaginem ſatis antiquam LEO X, Pontifex quondam Romanorum maximus, electori FRIDERICO ſapienti, dono dediſſe dicitur. Quid autem de eiusmodi ſaluatoris noſtri imaginibus, quae plerumque ad proconſulem romanum, *Lentulum* referri ſolent, iudicandum ſit, indicat M. *Ioh.* REISKIVS in diſſ. hiſtorico-philologica *de imaginibus Chriſti Ieſu, factis iuxta Lentuli epiſtolam, ad Nicephori deſcriptionem, aut per numiſmata excuſis.* Ien. 1672. §. 4. 5. 6.

Folia huius codicis manuscripti pleraque praestantissimis et artificiosissimis picturis exornata sunt, et in pictis hominibus atque animalibus stupendum artificium conspicitur; nam licet facies hominum plerumque uix lentis paruissimae magnitudinem adaequent, omnia tamen faciei membra, tenuissimis punctis expressa, distincte cognosci, et a se inuicem discerni possunt. In barbis et capillis hominum omnes crines accurate uisu dignosci queunt. In animalibus itidem omnes pili euidentissime cognoscuntur, et in auibus omnes pennae; colores quoque tam scite mixti et ubique temperati sunt, ut indolem et figuram singularum rerum pictarum, quam optime et modo maxime naturali referant.

Inter has autem figuras, in hoc codice manuscripto pictas, potissimum eminent, excellunt atque de stupenda prorsus pictoris arte testantur.

1) Saluator, in cruce pendens, statim ab initio codicis.

2) Currus 4 rotarum, quem 4 equi trahunt, priori bigae equorum insidet auriga, et penes currum 2 satellites procedunt. Omnia uero tam subtiliter picta sunt, ut currum, equos et satellites exigua musca alis suis operire queat. NB.

3) Simson, duas ualuas humeris suis portans, cuius facies tanta arte picta est, ut exinde facile conspici queat, quam graue hic Simson ferat onus. (denn man siehet gar deutlich, wie er wegen der schwehren Last, die er träget, gleichsam meckset, ut loqui solent, und wie ihm die Augen wegen des schwehren Tragens gleichsam aus dem Kopffe getrieben, und vor der Stirne liegen. NB.

4) Pe-

4) Pelicanus, pectus suum rostro aperiens, et tres pullos in nido sanguine suo potans; in nido ipso singuli culmi et stipulae distincte dignosci possunt, in Pelicano autem singulae plumulae. NB.

NB. NB. 2. Liber aliquot epistolarum festiualium in membrana:

Exterior ligaturae tabula imaginem apostoli *Paulli*, nitide pictam, et uitro obductam, exhibet, eadem insignia, quae praecedens codex Euangeliorum manuscriptus, refert, electoralia nimirum in uno folio, et in altero Saxonica, eandem quoque cum praecedente codice subscriptionem habet. Ligatura huius codicis etiam figuris, ex argento fusis et inauratis, exornata est, quas figuras itidem LEO X. electori FRIDERICO sapienti dono dedisse dicitur. Non autem tam multae figurae pictae in hoc codice, quam in praecedente, conspiciuntur, artificium tamen pictoris in hominibus et animalibus non minus, imo in prima tabula picta magis admirandum est, quam in praecedente codice. Prima enim tabula picta exhibet mortui Christi corpus, tam scite et naturaliter pictum, ut artificiosissima pictoris manus illud melius et aptius exprimere nequeat. NB. Ex depicta *Mariae Magdalenae* facie in hac tabula stupendum etiam elucet picturae artificium; tanta enim arte colores mixti et uariati sunt, ut aptissime exprimant imaginem personae, fletu et dolore deturpatae et emaciatae. NB.

De duobus autem his codicibus manuscriptis, Euangeliorum nimirum et Epistolarum festiualium codice, obseruandum est 1) utrumque co-

dicem, litteris maioribus exaratum 2) pleraque codicis folia elegantiſſimo opere frondoſo (künſtlich gemahlten und mit Gold ausgezierten Laubwerck) eſſe exornata 3) artificium auro pingendi in his duobus codicibus tam eximium eſſe, ut eo tempore haec ars ad ſummum fere faſtigium peruenisſe uideatur. 4) Hos duo codices forte pium electorem in templo legere fuiſſe, ſolitum cum pro concione publica a ſacerdotibus recitabantur et explicabantur Euangelia atque epiſtolae.

NB. NB. 3 Liber Euangeliorum ſecundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Iohannem in membrana.

Codex in fine mutilus; Deſinit enim in capite 19. Iohannis v. 13. cum uerbis: *et ſedit pro tribunali in loco, qui dicitur lithoſtratos, hebraice autem.* Sub finem codicis interiori ligaturae parti inſerta, et glutine allita eſt particula quaedam pannuli ſerici, coloris ſerici auſteri (von dunckelblauen Bliſch-Sammet) latitudine duorum di-

NB. gitorum, et longitudine unius digiti, quae particula pannuli *de pallio Mariae* decerpta eſſe et reſtare dicitur. In inferiori huius tabulae interioris ligaturae parte eſt alia quaedam ex Mariae, ut dicitur, ueſtitu, particula redimiculi (ein Stückchen blau ſeidenes Band) eiusdem coloris, ſed minoris longitudinis et latitudinis; fila etiam huius redimiculi ſerici paullo ſubtiliora uidentur, quam fila pannuli, antea indicati. Quae duae particulae, tanquam ſanctorum reliquiae, ab electore FRIDERICO ſapiente, reliquiarum ante emendationem ſacrorum, per b. Lutherum

therum factam, studiosissimo collectore, libro Euangeliorum insertae uidentur. Nam ex illustrissimi SECKENDORFII *historia Lutheranismi* lib. I. §. 130. addit. 2. litt. (c) sq. ex consignatione innumerarum fere Sanctorum reliquiarum, *a Georg.* SPALATINO instituta, patet, his reliquiis, ab Electore FRIDERICO, sapiente, magno studio conquisitis, et Wittebergae olim asseruatis, etiam interfuisse b. *Mariae* uirginis partes ex filis, domo, cubiculo, lacte, pilis, *uestibus*, *pallio* NB. peplo, indusio, cingulo, sudario, sanguine Christi aspersо, loco mortis et sepulcro, summa 98. portiones reliquiarum b. *Mariae* uirginis.

Modus scribendi, in hoc codice manuscripto obseruatus, et ductus litterarum, Longobardorum more exaratarum, indicat, hunc codicem forsitan circa finem seculi VI, uel initium seculi 7. scriptum esse, nam eo tempore litterae potissimum Longobardicae in usu esse solebant. uid. b. STRVVII Diatriben *de criteriis Manuscriptorum* §. 19. insertam *Actis litterariis Struuianis* fasc. 1. num. 1. et licet uariae abbreuiationes in hoc codice frequenter occurrant, haud difficili tamen ubique legi potest negotio.

Ligatura huius uoluminis miram quoque prae se fert antiquitatem, tabulae enim sunt nimiae crassitudinis. In una ligaturae tabula sculpta conspicitur imago eborea b. *Mariae*, infantem Iesum sinistro brachio portantis.

1 Biblia latina V. T. secundum uulgatam uersionem, in quo uolumine Pentateuchus, Liber Iosuae, Iudicum, Ruth, libri 2 Re-

gum et 2 paralipomenon, Tobias, Iudith, Esther et 12 prophetae minores continentur, codex membranac. in Folio regali.

Hic codex litteris maioribus, quae facile legi possunt, est conscriptus.

5 Biblia latina N. T. codex membranac. in Folio regali.

In ultima huius codicis pagina conspicitur breuis series *episcoporum Citzensium*, ab HVGONE I. episcopo, usque ad *Ioh.* de SCHONBERCK, qui ab INNOCENTIO VIII, pontifice romano, constitutus, obiit anno 1492. Difficulter haec series legi potest. Ordo librorum N. T. recedit aliquo modo ab ordine illo biblico, uti hodie in codice N. T. reperitur. Litterae, quibus conscriptus hic codex non adeo magnae, uoces uariis abbreuiationibus sunt consignatae. Omnia uero adhuc satis commode ab attento lectore legi possunt.

6 Biblia hebraica in membrana formae regalis, accurate et nitidissime scripta litteris maioribus, quas quadratae uocare solent, punctis uocalibus et accentibus additis, subiecta singularum paginarum fini Masora.

Incipit uero demum hoc grandis molis uolumen cum libro Iosuae, et in fine deest folium unum. Textus enim hebraicus desinit cum uerbo צְבָאוֹת cap. 3. v. 21. (secundum textum hebraicum; et cap. 4. v. 3. secundum uersionem germanicam) in propheta Malachia; et Targum

Iona-

Ionathanis ad hunc uersum desinit cum uocibus בְּיוֹמָא רְגֵלֵיכוֹן Cuilibet uersui hebraico statim chaldaicus ex Targum subiicitur, et alternatim ibi uersus hebraici et chaldaici leguntur, quod est antiquitatis huius codicis indicium, et mos hic scribendi a nonnullis etiam ad tempora Esrae, et captiuitatis babylonicae refertur uid. BVXTORFII *thesaurum philologicum* p. 89. De hoc autem codice Bibliorum hebraicorum manuscripto multas utiles obseruationes exhibet clariss. HAENERVS (ordinis quondam Philosophorum in academia nostra Ienensi Adiunctus) in *obseruationibus* suis *philologico-criticis*, §. 6. 7. 8. et praesertim §. 6. docet, hoc manuscriptum bibliorum hebraicorum olim fuisse penes Iudaeum quendam, nomine *Rechabian*, quod liqueret ex uerbis, litteris rabbinicis exaratis, et statim in Tomi huius frontispicio occurrentibus, quae clariss. HAENERVS uerbis latinis sequente modo exprimit: *Loco huius quaternionis scribe alium, quem mihi missum offeram lubentissime. At rumpe moras, siquidem atramentum cecidit super eum* (i. e. quaternio hic foedatus est atramento) *cui eradendo non sum, ni poenam incurrere uelim. Salue a me Rechabia.* Iudaeis enim nomen Dei, chartae inscriptum, adeo sanctum habetur, ut istud eradere illis non sit integrum, sed eradentis temeritas grauissimo potius puniri soleat supplicio, ut docet passim MAIMONIDES; si igitur Rechabia atramentum, quod in hanc plagulam ceciderat, eradere uoluisset, simul erasisset nomen diuinum יְהוָה

ob quod factum uapulasset. Vide plura de superstitiosa hac Iudaeorum in eradendo nomine diuino cautione ap. SCHICKARDVM in *Mischpath hammelech* et ap. LEVSDENIVM in Philologo Ebraeo diss. 34. qui hanc Iudaeorum superstitionem pluribus uerbis ex *Maimonide* explicant, add. etiam Tentzelium in seinen monatlichen Unterredungen auf das Jahr 1692. p. 849.

7 Prima pars Bibliorum latinorum secundum uersionem uulgatam in membrana formae regalis, ad lineas infra ductas, scripta, continens Pentateuchum, librum Iosuae, Iudicum et Ruth.

Litterae huius codicis sunt grandiores. Variae abbreuiationes in hoc codice occurrunt, quae tamen omnes haud difficulter legi possunt. Interdum figurae in hoc codice, auro et aliis coloribus eleganter pictae, conspiciuntur.

8 Pars secunda horum Bibliorum latinorum, itidem in membrana formae regalis, comprehendens libros 2. Paralipomenon, 2. Samuelis, et 2. Regum.

Hic codex eiusdem est cum praecedente codice conditionis. Ad litteras initiales, successu temporis inserendas, et debitis ornamentis condecorandas, ubique uacuum spatium est relictum.

9 Pars tertia horum Bibliorum latinorum etiam in membrana formae regalis, quae pars complectitur Prouerbia Salomonis, Ecclesiasten, Librum Sapientiae, Ecclesiasticum, siue Syracidem, Librum Iobi,

To-

Tobiae, Iudith, Esther et 2. Maccabaeorum libros.

Est eiusdem hic codex cum 2. proxime praecedentibus codicibus conditionis. Litterae in quibusdam libris sunt modo maiores, modo minores. Post librum 2. Maccabaeorum additus est sermo LEONIS pape, *de transfiguratione domini in monte*, litteris minoribus, quam praecedentes libri, scriptus.

10 Pars quarta horum Bibliorum latinorum, itidem membranae formae regalis inscripta, continens prophetam Ezechielem, Danielem, 12. prophetas minores et Iesaiam prophetam.

Eiusdem est hic codex cum praecedente codice conditionis, et sine ornamentis.

11 Pars quinta horum Bibliorum latinorum, etiam in membrana formae regalis, comprehendens epistolas Paullinas, prophetam Ieremiam, Acta Apostolorum, 7. epistolas canonicas, Apocalypsin Iohannis et librum Esdrae. In fine hic codex est mutilus.

Eandem hic codex cum praecedente codice refert conditionem et scribendi rationem.

12 Bibliorum latinorum pars prima in membrana.

Talem praefixum habet titulum: Liber sancte Marie uirginis in *Mildeuorde*, hic continet Peutateuchum Mosi, Regum libros duos, Librum Iosue, Iudicum et Paralypomenon libros 2. Addita huic titulo est exsecratio litteraria, his

uerbis concepta: *Siquis abstulerit* (scil. hunc librum) *anathema sit, et qui ab ecclesia alienauerit, aeternum peribit.*

Codex hic paullo maioribus litteris, quam codices praecedentes, est exaratus. Litterae librorum biblicorum initiales egregie auro et aliis coloribus pictae sunt.

13 Bibliorum latinorum fragmentum in membrana formae regalis, ad lineas, infra ductas, scriptum, continens libros quosdam Hagiographos, Apocryphos et 4. Euangelistas.

Mediocribus litteris hic codex, nec adeo multis abbreuiationibus est conscriptus, ita ut satis commode ubique legi possit. Margines quarundam paginarum talibus figuris ornatae sunt, quae a Gallis *Vignettes* dici solent, et uariis coloribus auroque exsplendescunt. Singulorum librorum fini subiicitur numerus uersuum, in praecedente libro biblico contentorum. e. g. Prouerbiis Salomonis tribuuntur 1740. uersus. Ecclesiasti Salomonis 800. Cantico Canticorum 280. Libro sapientiae 1700. Libro Tobiae 900. etc. Artificium litteras inaurandi in hoc codice est egregium.

14 Bibliorum latinorum fragmentum in membrana ad lineas, infra ductas, scriptum, libros Hagiographos et apocryphos, item prophetas quosdam complectens.

Codex hic litteris mediocribus est exaratus, nec adeo multis abbreuiationibus repletus. Litterae librorum biblicorum initiales nitide quidem et ar-

et artificioſe colore rubro, caeruleo et uiridi ſunt pictae, nullo tamen auro exornatae. Fini huius codicis adhaerent litterae Innocentii III, Pontificis maximi romani, anno 1213. ad Archiepiſcopos et epiſcopos, prope *Magdeburgum* conſtitutos, datae, in quibus hic Pontifex indicat, *neceſſariam omnino eſſe eccleſiae reformationem, uel emendationem*, et ideo conuocat Magdeburgenſis prouinciae Archiepiſcopos ad Concilium generale, poſt duos annos habendum. Hoc Concilium magnum Lateranenſe, hiſce litteris biennio ante indictum, reuera etiam deinde ab INNOCENTIO III. anno Chriſti 1215. anno ante mortem huius Pontificis Romae habitum eſt, in quo propter Waldenſes, *de Transſubſtantiatione, Confeſſione orali, de calice, in ſacra coena etiam concedendo, de bello contra infideles*, multa maximi momenti decreta ſunt. De quibus momentis omnibus in Hiſtoria eccleſiaſtica uberius agi ſolet.

15 Bibliorum latinorum fragmentum in membrana, ad lineas infra ductas, ſcriptum, continens prophetas, epiſtolas Paullinas, Acta Apoſtolorum, Epiſtolas canonicas (ſcil. Epiſtolam *Iacobi*, duas *Petri*, 3. *Iohannis* et *Iudae* epiſtolam) Apocalypſin *Iohannis* et prophetam Ieremiam, Lamentationes Ieremiae et librum Baruch.

Litteris mediocribus conſcriptus eſt hic codex absque crebrioribus abbreuiationibus, ita ut ſatis

ſatis commode ubique legi poſſit. Artificium litteras inaurandi in hoc codice egregium eſt.

16 AVGVSTINVS in Pſalmorum Quinquageram primam (ſiue in 50. Pſalmos Dauidis priores commentarius, in membrana formae regalis. Sub finem Pſalmi 50. reperitur etiam eiusd. AVGVSTINI expoſitio *de fide catholica.*

In fine huius codicis manuſcripti ſequentia leguntur: *Explicit liber ſanctiſſime uirginis Marie, dei genitricis, ſanctique Nicolai in Grünenhagen* (uel potius *Grünenhayn*, ut ego coniicio) *Amen.*

Codex litteris mediocribus ad lineas, infra ductas, ſcriptus eſt. Non adeo multae abbreuiationes in hoc codice occurrunt, et omnia haud difficulter legi poſſunt.

17 Eiusd. AVGVSTINI in Pſalmorum Quinquagenam ſecundam, ſiue a Pſalmo 51. usque ad 100 commentarius.

Codex itidem in membrana formae regalis, et eiusdem fere cum praecedentis Quinquagenae Tomo I. conditionis.

18 Eiusd. AVGVSTINI in Pſalmorum Quinquagenam tertiam (ſiue a Pſalmo 100. usque ad Pſalmum 150. Commentarius, etiam in membrana formae regalis.

Codex eiusdem cum duabus Commentariorum AVGVSTINI in Pſalmos partibus praecedentibus conditionis.

NB. 19 MILITHONIS liber (ſiue Poſtilla, ut ſub finem codicis hoc ſcriptum uocatur) in mem-

membrana, ad lineas, infra ductas, scriptus.

Codex hic scriptus est per manus *Procopii* CLYMBERK, ut in fine codicis epistolarum BERNHARDI, mox sequentis, scriptor huius codicis uocatur. Multis abbreuiationibus exaratus est hic codex, adeo ut non ubiuis uocum sensus satis erui et extricari possit.

Non esse ipsius MELITONIS, patris ecclesiastici et Sardiensis episcopi, qui seculo 2. uixit, hoc opus, ex ultimis praefationis, huic codici manuscripto praemissae uerbis, liquere uidetur, siquidem circa finem praefationis sequentia uerba adduntur: *Notetis expositores authenticos huius libri, quorum* primus *est* AVGVSTINVS, *qui tamen non exponit continue, sed interpolatim uerba aliqua pertractando;* Secundus *est* IERONYMVS, *qui exponit continue et succentiue.* Tertius *est* BEDA, *qui imitans* HIERONYMVM, *aliquantulum prolixius explanauit.* Quartus *est* HAYMO, *qui exponit spiritualiter et diffuse.* Quintus *est* ELINANDVS, *qui exponit ad litteram, quantum potest.* Sextus *est* ALBERTVS, *qui exponit mysterialiter et confuse.* Septimus *est* GILBERTVS, *qui* AVGVSTINVM *quasi in omnibus imitatur:* Octauus *est* IOACHIM, *qui exponit prae ceteris elegenter:* Nonus *est* BELENGARIVS, *qui exponit tropologice: et summatim ex dictis istorum expositorum colligetur haec compilatio, summo magistro Christo Iesu sermonem dirigente, et ad finem desideratissimum perducente. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum.* Amen. Ex his uerbis

uerbis apparet, hunc Commentarium non ab ipſo MELITONE eſſe conſcriptum, ſed ex 9. diuerſis commentatoribus, qui ex parte 100. annos poſt MELITONEM uixerunt, eſſe compilatum, imo ex aliis eccleſiae doctoribus, quorum nomina paſſim in margine annotata ſunt e. g. ex *Gregorio*, *Iſidoro* etc. Deſcriptor huius codicis PROCOPIVS, forſitan ex uſitato, ſed ualde improbando illorum temporum more MELITONI, uiro celebri et in auctoritate tunc conſtituto, perperam hunc commentarium tribuit, ut eo maiori pretio hic manuſcriptus codex uendi poſſet. Vereor etiam, ne hoc opus manuſcriptum typis ſit iamdum impreſſum; LIPENIVS ſaltim in *Bibliotheca theologica* p. 66. col. (a) commentarium in Apocalypſin, typis impreſſum indicat, in quo iidem commentatores in Apocalypſin, quam in hoc codice manuſcripto continentur. Titulus indicati iſtius a LIPENIO commentarii ſequens eſt: *Explanatio in apocalypſin ex Comm.* AVGVSTINI, HIERON. BEDAE, HAYMONIS, ELINANDI, ALBERTI, GILBERTI, IOACHIMI et BERENGARII. *Pariſ.* 1512. in 8. uid. plura, ad accuratiorem huius codicis notitiam pertinentia, in Tentzels monatlichen Unterredungen auf das Jahr 1692. p. 885. ſq.

NB. 20 BERNHARDI epiſtolae 98. et iterum 166. in membrana. Eiusd. aliquot ſermones. ISIDORVS de ſummo bono. Eiusd. Synonyma.

Alterum dimidium huius codicis conſtituunt libri XII. *Confeſſionum b. Auguſtini*, ſequitur deinde

retra-

retractatio eiusdem AVGVSTINI, *episcopi, in librum de immortalitate animæ* et liber ipse AVGVSTINI *de immortalitate animæ* it. Sermo eiusdem *de corpore Christi.* Libri hi AVGVSTINI eodem modo et iisdem abbreuiationibus, quam praecedens MILITONIS, ut uocatur, codex, sunt exarati, per manus *Procopii Clymberk*, et quidem litteris mediocribus, et non adeo multis abbreuiationibus, ita ut satis commode hic codex legi possit. Post epistolas 166. BERNHARDI sequitur eiusdem sermo *de filio regis*, et alii multi eiusdem sermones it. sermo *de misterio corporis et sanguinis.*

NB. 21 Paullus glossatus, siue glossa in omnes epistolas Paulli, in membrana.

Eleganter scriptus est hic codex ad lineas, infra ductas. Textus epistolarum *Paulli* maioribus litteris exaratus est, quam glossa, ad textum Paullinum pertinens. Initiales singularum epistolarum litterae auro sunt exornatae, et coloribus multa arte et industria distinctae. Propter crebriores autem abbreuiationes et ignotos litterarum ductus difficulter hic codex legi potest.

22 RICHARDVS super Psalterium in membrana.

Codex hic litteris minoribus, siue Longobardicis est conscriptus, et propter frequentes atque ignotas abbreuiationes difficiliori paululum negotio legi potest. Sub finem commentationis in Psalterium sequentia leguntur: *Finitur glossa Psalterii breuis et utilis sancti domini* RYCHARD *Hampul*

pul heremitarum. Adhaerent huic codici multae epistolae S. BERNHARDI de Claraualle, paullo maioribus litteris, quam RICHARDI glossa scriptae. Post epistolas sequuntur aliquot tractatus morales S. BERNHARDI e. g. *de superfluitatibus, de uictu et potu.* etc.

23 RICHARDI *de sancto Victore* Allegoria super illud Biblie: *duxit Iacob* etc.

Adscripsit quidem aliquis huic codici membranaceo litteris rubris: *Richardus super 12 Patriarchas;* sed haec allegorica tractatio prorsus differt ab ista *Richardi* tractatione *de 12 Patriarchis*, quam etiam impressam habemus in bibliotheca nostra academica, sine loco addito, anno 1494. in 8. edita. In calce huius libri impressi, et 9 plagulis constantis, sequentia leguntur: *Explicit liber de minori contemplatione, qui de 12 Patriarchis inscribitur, deuoti contemplatoris magistri* RICHARDI *a sancto Victore* anno dom. MCCCCXCIIII. Allegoria autem RICHARDI, supra indicata, 7 tantum foliis in forma maxima absoluitur, ideoque longe breuior est, quam tractatio RICHARDI *de 12 Patriarchis.*

2) SVMMA VITIORVM ET VIRTVTVM.

3) Expositio super regulam AVGVSTINI, episcopi, in membrana. Scriptum hoc mediocribus litteris est exaratum, et propter frequentiores abbreuiationes non satis commode ubique legi potest. Sub finem codicis haec leguntur: Iste liber attinet sancte Marie uirgini in *Mildinwerte. Si quis abstulerit anathema sit.*

24 Glossa super epistolas Paulli in membrana.

25 *Pe-*

25 *Petri* LOMBARDI Textus ſententiarum in membrana.

26 Vitae quorundam ſanctorum in membrana.

27 Magiſtri HVGVLINI, Ord. Fratrum heremitarum S. AVGVSTINI *de urbe ueteri* ſuper 3 libros ſententiarum, cum ſingularibus eiusdem quaeſtionibus.

28 CONCORDANTIAE BIBLICAE in membrana in fol. min.

29 PETRI RIGIENSIS aurora in membrana. in fol. min.

Continet hoc ſcriptum allegorias quasdam ex V. et N. T. oratione ligata et genere elegiaco conſcriptas, uerſus pro temporum iſtorum conditione ſatis elegantes ſunt. In fine huius codicis ſequentia leguntur: Haec aurora beatae Mariae in *Altenburch*. Martinus Felix.

2) REPERTORIVM IVRIS in charta.

30 Eadem aurora PETRI RIGIENSIS in membrana ſeorſum.

31 *Auguſtinus* de ANCONA *de agnitione animae et principiorum eius*, in fol. min.

NB. 32 *Rabani* MAVRI gloſſa in epiſtolas et Euangelia a natiuitate domini usque ad Dominicam Reminiſcere in membrana fol. min.

33 Miſſae myſteria in membrana. fol. min.

2) Epiſtola IACOBI cum gloſſa. it. Apocalypſis cum gloſſa.

34 AVGVSTINVS de uerbis Domini in membrana. fol. min.

35 AVGVSTINI uarii tractatus de Trinitate in membrana. fol. min.

36 *Petrus* de AQVILA ſuper primam ſententiarum.

2) SCOTVS de horis canonicis.

3) Quodlibetum M. *Ioh.* SCOTI cum Regiſtro et pulcris diuiſionibus SCOTI, ſummatim collectis, circa unamquamque quaeſtionem. it. tractatio Quod eſſentia, uel proprietas ſit formalis ratio terminandi dependentiam humanae naturae aſſumtae.

4) Tractatus de uocibus diffinitiuis habendis, in conciliis editus a fratre *Hermanno* de MYNDA, ordinis Ciſtercienſis, pronunciatus Baſil 1440. in loco diſputationis de fide.

5) Tractatus *de Neutralitate* Vicarii Frizenſis, e regione huius tractatus haec leguntur: Doctor Doctorum *Ioh.* GROVNEWALDER.

6) Tractatus Vniuerſitatis *Viennenſis* ſuper neutralitate, fundatus ſuper decreto, frequenter in Concilio *Conſtantienſi* declarato.

7) Tractatus ſuper neutralitate uniuerſitatis *Erfordenſis.*

8) Tractatus uniuerſitatis erphordenſis ſuper neutralitate caſſandi, editus per eorum doctores, ad hoc per eandem deputatos. *Ioh.* BREMER, Ord. minor. *Gotſchalcum* de MESCHEDE, ſacrae theologiae Profeſſores, item Komitum de Daan (neſcio, an recte ſcriptum ſit, aliter tamen legere non potui) utriusque iuris doctorem. *Ioh.* ZOGHCLER, iuris canonici doctorem.

9) Scri-

9) Scriptum uniuersitatis Colonienſis pro neutralitate.

10) Scriptum Vniuerſitatis Lipſienſis pro Concilio Baſileenſi et contra neutralitatem.

11) Determinatio uniuerſitatis *Colonienſis* in materia eccleſie uniuerſalis in propoſitionibus tribus.

12) Tractatus de repertione cruoris miraculoſi in uilla *Wylſnack*, dioeceſeos Hauelbergenſis in Saxonia.

13) De erroribus Graecorum.

14) Acta 10. praeceptorum, edita a Magiſtro *Henrico* de FRIMARIA, ordinis Eremitarum.

15) Quodlibetum B. *Thomae* de AQVINO cum Regiſtro duplici alphabetico.

Omnes hi 15. tractatus chartae ſunt inſcripti, non membranae.

37 ALBERTI M. Summa, ſiue *de mirabili ſcientia Dei* ſecundum 20. libros ſententiarum, pars ſecunda. *cod. chartac.*

38-40 *Stephanus* RICCIVS, ſenior, Mag. über die Sprüche Salomonis in 3 Folianten.

Scriptus eſt hic codex chartaceus anno 1576. et a D. *Ambroſio* REVDENIO bibliothecae noſtrae academicae dono datus 1603.

41 HONORII Gloſſa ſuper Pſalterii Quinquagenam primam cum dimidia, ſiue in 75. Pſalmos priores, *codex chart.*

42 M. *Ioh.* de CARTVSIA prope Yſenachum quadruplex expoſitio ſuper Deuteronomium et Leuiticum. *cod. chart.*

43 M. *Ioh.* HAYMHEN, Cartuſienſis prope Er-

fordiam quadruplex expositio super librum Tobiae et Esther. *cod. chart.*

44 Egydii de ROMA, Heremitae, Quodlibetum fratrum S. AVGVSTINI, et quidem partes 6, siue 6 Quodlibeta. *cod. chart.*

2) Eiusd. Tractatus *de primo principio.*

3) Eiusd. quaestiones 7. *de resurrectione mortuorum.*

4) Eiusd. tractatus *de originali peccato.*

5) Eiusd. tractatus *de praedestinatione et praescientia et paradiso et inferno, ubi praedestinati et praesciti finaliter collocantur.*

6) Liber *de natura et origine animae.*

7) *Ioh.* de PECTHAV Quodlibetum, quod quidam nominant *de natali.*

8) RICHARDI, sacrae theol. Profess. tractatus *de membris humanis et passionibus, Deo attributis in scripturis, quo sensu intelligenda sint, cum etiam in Deo non sint, neque passiones huiusmodi sibi accidere possint.*

9) De conceptione beate *Marie* uirginis, *quod non sit concepta in peccato originali.*

10) Libri 2. *de intellectu et intelligibili.*

11) Libri 3. *de somno et uigilia*, item *de diuinatione.*

12) Quaestiones EGYDII super librum *de causis.*

45 *Petr.* de AQVILA super 3. libros sententiarum. *cod. chart.*

2) Tractatus *de superstitionibus* uenerandi Doctoris *de* GAWER.

3) Anti-Claudianus ALANI.

4) ALA-

4) ALANVS de conqueſtu naturae, oratione partim ligata, partim proſa.

5) Problemata ALANI.

46 HOLCOTH ſuper librum Sapientiae.

2) LYRAE tractat. *de incarnatione domini.* In quo probat, hanc incarnationem eſſe praedictam per doctores Hebraeorum.

47 THOMAS de uita Chriſti. *cod. chart.*

2) Sermo b. BERNHARDI ſuper ſermone Domini *de coena.*

3) Eiusd. Homelia ſuper uerba: *Miſſus eſt angelus Gabriel*, ſecundum Lucam.

4) ALBERTVS in Magnificat.

5) Dyalogus YSIDORI.

6) BERNHARDVS *de cura familiari* ad *Raymundum* militem.

7) BERNHARDI epiſtola ad parentes ſuos.

48 *Stephan.* PARISIENSIS ſuper Regulam S. *Benedicti*, quaedam nomina ſecundum uſum Ciſtercienſium ſunt accentuata. *cod. chart.*

49 ANGELVS in libros 4. ſententiarum. *cod. chart.* inſertis paſſim foliis membranaceis.

2) Magiſtri *Henr.* de HASSIA, ſancte theologie profeſſoris eximii Quaeſtiones bone.

50 RAYMVNDI ſumma. *cod. chart.*

2) Pentateuchus, partim chartaceus, partim membranaceus.

3) Tractatus *de diuinitate et creatione.*

4) Quaeſtiones breues, utiles, ſiue ſumma caſuum, ffinite per *Cunradum* MERLOT in Wida anno incarnationis 1399. in die ſancti *Criſpini.*

5) *Confessionale* latinum et germanicum breue, bonum et utile, prius finitum per *Cunradum* MERLOT in Wyda anno incarnationis 1399. in die sancti *Leonardi* hor. 7. post meridiem. Posterius eodem anno in die sancto *Cecilie* uirginis.

6) Tres alii tractatus de uariis rebus sacris, ceremoniis, catechisatione, baptismo, uita et honestate clericorum agunt. Tam obscuris uero hi tractatus scripti sunt litterarum ductibus, ut dubitem, illos a quoquam per omnia legi posse, cum praesertim litteris minoribus sint exarati, et atramento pallido scripti.

51 ALANI sermones. *cod. chart.*

NB. 52 *Ioh.* CAPISTRANI, uiri deuoti, sermones in Euangelia dominicalia.

2) item sermones, quos publice praedicauit Lipsiae 1452. *cod. chart.*

3) Tractatus *de superstitionibus.*

53 Sermones in Epistolas et Euangelia Dominicalia in dies festos. *cod. membran.*

NB. NB. 54 ANTITHESIS CHRISTI ET ANTICHRISTI, lingua Bohemica exposita, uariis figuris, aureo colore plerumque distinctis, et pictis.

Adhaeret etiam huic codici manuscripto chartaceo liber impressus, de *Ioh.* HVSSI supplicio et combustione agens, *Constantiae* 1486: Ab initio huius codicis sequentia leguntur: BOHVSLAVS *de - - sue cauſſa memorie manu propria me fecit.* Nomen igitur proprium auctoris et scriptoris huius codicis destinato procul dubio consilio erasum est, ne per concinnatum hoc scriptum alio-

aliorum in se concitaret odia. Repraesentantur uero in hoc codice per uarias figuras, e regione sibi oppositas, ex una quidem parte facta Christi, ex altera uero facta Papae, qui Anti-Christi nomine insignitur, et per collationem harum figurarum, sibi inuicem quam maxime contrariarum, ostenditur, quam longe facta Papae, Anti-Christo comparati, recesserint a factis Christi et his in omnibus fere contradicant. e. g. Vna figura repraesentatur Christus, discipulorum suorum pedes lauans, altera figura, e regione collocata, Papa uel Pontifex romanus, cuius pedes quidam supplices et humi cubantes osculantur, et ita etiam sequentes figurae sibi inuicem sunt oppositae et contrariae. Figurae autem hae, ut ex historia ecclesiastica est notissimum, a quibusdam eruditis duobus fratribus, altero IACOBO, S. Theologiae Baccalaureo; altero CONRADO de *Candelberg*, siue *fratres Candelburgenses* dictis, et tempore *Ioh.* HVSSI Pragae litteris operam dantibus, originem habent; (*a*) hi enim in hospitii sui parietibus per uarias figuras facta et actiones Christi atque Papae, sibi inuicem prorsus contrariae et oppositae repraesentabant, demonstraturi hoc modo, quam longe Papa, uel Pontifex romanus in uita et doctrina a moribus et actionibus Christi, saluatoris nostri,

(*a*) Vid. *Wilh.* SEYFRIDI, *Norimbergensis*, commentationem de *Ioh.* HVSSI, martyris, *uita*, *fatis et scriptis*, ex editione et cum uberrimis historicis annotationibus M. *Ioh. Christoph.* MYLII, Adiuncti et Bibliothecarii Ienensis. *Ien.* 1743. in 4.

recesserit, quae repraesentationes etiam magnam uim in animos hominum habebant, ita ut eorum mentes magis magisque a Pontificis romani et ecclesiae Pontificiae doctrina abalienarentur, et grassantes passim in ecclesia pontificia errores accuratius introspicerent, quo fiebat, ut eorum animi prius ad amplectenda saniora *Ioh.* HVSSI dogmata, deinde ad ipsius *Lutheri* perpurgatam ab erroribus Pontificiorum doctrinam praeparati et procliues redditi fuerint, adeo ut hae figurae Prodromus Reformationis, uel emendatorum, opera b. *Lutheri* sacrorum, commode et suo quasi iure uocari possint. Ex hac figurarum, *Antithesin Christi et Anti-Christi* repraesentantium, collectione b. *Lutherus* deinde circa reformationis tempora quasdam figuras excerpsit, et celebris tunc in aula electoris IOH. FRIDERICI, *magnanimi*, pictor, *Lucas* CRANACHIVS, in quibusdam has figuras immutauit, sed paucae sunt istae figurae et numerum 13. non excedunt, quae figurae etiam exstant in Tomo I. *Tomorum Altenburgensium* b. Lutheri a p. 598-612. quas figuras deinde sub titulo latino: *Antithesis Christi et Anti-Christi*, et sub tit. germanico: Passionale Christi und Anti-Christi *Andr.* OSIANDER sine loci et anni mentione edidisse dicitur, teste b. STRVVIO in *Obseruationibus Halensibus latinis* Tom. IV. p. 164. Notandum etiam est, eas figuras, Antitheseos Christi et Anti-Christi, quas e *Simone* ROSARIO *Ioh.* WOLFIVS in *lectionibus memorabilibus* Tom. II. fol. 711-747. exhibet, plerumque cum figuris codicis nostri manuscripti

(quem

(quem hoc ipso, quo haec scribimus, anno 1745, ex lingua Bohemica in latinam et germanicam linguam transferendum curaui) conuenire.

Vid. pluribus de hoc codice nostro *Antitheseos Christi et Anti-Christi* manuscripto b. STRVVIVM in *Obseruationibus Halensibus latinis.* Tom. IV. p. 171-188. et annotationes M. MYLII ad uitam *Ioh.* HVSSI, per SEYFRIDVM olim conscriptam p. 43-48.

55 Das Buch der Auszüg alter und neuer Ehe. (d. i. des alten und neuen Gesetzes, oder Testamentes, nam Ehe apud ueteres Germanos idem significauit ac Gesetz, unde das Buch der andern Ehe idem est ac Deuteronomium, oder des andern Gesetzes, uid. supra p. 145.

Codex membran. in fol. oblongo. Continens Folia 21 et Tabulas 41, figuras autem 82. nam in unaquaque tabula sunt duae figurae, uariis coloribus pictae, quarum altera figura repraesentat unam pluresue historias ex V. T. altera unam pluresue historias N. T. historiis V. T. parallelas. Nullas fere abbreuiationes hic codex admixtas habet, et ubique optime legi potest; stilo germanico antiquiori exaratus est, et recentiores Germani multis in locis uerborum sensum intelligere non poterunt, nisi linguae teutonicae antiquioris Glossaria e. g. WACHTERI etc. uocauerint in subsidium. Primo huius codicis manuscripti folio sequentia inscripta leguntur: Dis Puech ist ein Auszug der alten ee (i. e. des alten Gesetzes, oder Testaments) über dy new ee. (d. i.

über das neue Gesetz, oder Testament) vnd ze schreiben auch zemaln hat es bestelt Lienhat SMATZ zu Weichmertting dy zeit Chasstner zu Grießbach Anno Domini MCCCCLXVI. dem Got genad.

HVGONIS *de nouo Castro* tractatum, typis impressum anno 1471. *de uictoria Christi contra Anti-Christum* uid. infra inter codices manuscriptos philosophicos in Fol. ad num. 80. (7)

Codices manuscripti Iuridici, ex Bibliotheca electorali in Folio.

NB. NB. 56 Decretum GRATIANI cum glossa, membranae manu inscriptum, litteris initialibus distinctionum nitidissime pictis, et auro obductis, in forma regali.

Codex hic litteris mediocribus scriptus est, et in plerisque locis commode legi potest, glossa, textui utrinque et ab omnibus lateribus adscripta, litteris paullo minoribus, eleganter quidem exarata est, sed propter multas admixtas abbreuiationes difficilius, quam textus legi potest. Inter duas columnas singularum paginarum, et interdum etiam in margine aliae glossae, minutissimis litteris consignatae, interiectae sunt, quae ob exiguas litteras et nimias abbreuiationes, in his glossis occurrentes, difficillime legi possunt. Initio huius codicis sequentia adscripta sunt uerba: *Hic liber Decreti fuit Magistri Iacobi Molito-*

Molitoris de GRVPKA, *quem teſtatus eſt monaſterio beate Marie ſanctique Nicolai* ȝu *Grünhayn.* In hoc codice manuſcripto reperitur iſta uera lectio in diſtinctione XV. GRATIANI, quod nimirum de SEDVLII Paſchali opere dicatur, illud *heroicis conſcriptum eſſe uerſibus*, cum in nonnullis impreſſis Decretalium GRATIANI editionibus, et praeſertim in editione Veneta, anno 1490. in fol. impreſſa, in diſtinctione citata legatur, quod *haereticis conſcripſit uerſibus*, ut ſupra iamdum monuimus.

NB. 57 Quinque Decretalium libri in membrana formae regalis cum gloſſa.

Praeſtantiſſimi huius codicis textus litteris paullo maioribus eſt ſcriptus, gloſſa autem utrinque et ex omnibus lateribus adſcripta, litteris mediocribus; omnia eleganter exarata ſunt, ſed textus pariter atque gloſſa propter nimias abbreuiationes difficulter legi poſſunt. Sub finem codicis haec leguntur: *Explicit liber* HERMANNI *de lege*, it. *pertinuit hic liber ad coenobium Canonicorum regularium inter muros ciuitatis* (ſic legendum eſſe puto) *Aldenburgk.*

58 Digeſtum nouum cum gloſſa in membrana.

Textus huius codicis, litteris mediocribus eleganter ſcriptus, commode legi poteſt; ſed gloſſa, textui digeſti utrinque et ab omnibus lateribus adiecta, litteris minoribus ſcripta, et multis abbreuiationibus referta eſt, ita ut difficulter legi queat. Interdum etiam in margine et inter duas columnas, it. in infima paginarum parte gloſſa

glossa est interiecta, litteris minutissimis scripta, et propter nimias abbreuiationes lectu difficillima.

59 Institutiones iuris ciuilis cum glossa in membrana.

Codex eleganter scriptus, praesertim in textu, qui litteris mediocribus est exaratus, et non adeo multas abbreuiationes admixtas habet, ideoque commode legi potest; sed Glossa, utrinque omnibus lateribus adiecta, litteris minutissimis exarata, et propter multas abbreuiationes, quae in hac glossa occurrunt, lectu ualde est difficilis.

60 *Ioh.* ANDREAE Lecturae in Clementinas, in membrana.

Codex eleganter et litteris mediocribus exaratus, commodeque legendus, quia non adeo frequentes abbreuiationes in textu occurrunt. Plerisque foliis in margine ab aliquo adiectae sunt glossae, sed tam exiguis litteris et tot abbreuiationibus exaratae, ut dubitem, glossas ab alio unquam legi posse.

NB. 61 Distinctiones GRATIANI in membrana.

Codex, litteris minoribus eleganter scriptus, et licet multae in illo occurrant abbreuiationes, plerisque tamen in locis optime legi potest. In margine adiectae sunt uariae glossae et allegationes; sed propter exiguum litterarum characterem, et nimias abbreuiationes difficulter legi possunt. In hoc codice etiam ista uera lectio reperitur, cuius paullo ante, occasione paschalis

operis

operis SEDVLII sub num. 56. mentionem fecimus, quod nempe in codicibus manuscriptis legeretur, opus paschale SEDVLII heroicis conscriptum esse uersibus, cum in exemplis quibusdam impressis, praesertim in editione Veneta anni 1490. legatur pessime, idem opus haereticis conscriptum esse uersibus.

NB. NB. 62 Sachsen-Spiegel teutsch mit teutschen Glossen, codex in membrana nitide scriptus cum 2) Lehnrecht et 3) Weichbild it. 4) Epitome Speculi Saxonici, latine exarata, et in 3. libros distincta cum titulis germanicis; sed tituli textus latini et germanici non semper conueniunt, nec numero sibi inuicem exacte respondent; (*a*) 5) Richtesteig teutsch, per capita 49. 6) Das Lehnrecht, das Keyser Friderich gesagt hat.

(*a*) Haec epitome latina etiam impressa reperitur in editione Speculi Saxonici, *Augustae Vindelicor.* 1496. procurata, et etiam, uti in codice nostro manuscripto, ex tribus libris constat, textus autem ualde differt a textu codicis nostri manuscripti, ut ex collatione exempli impressi et manuscripti innumerae uariantes lectiones colligi queant.

Differt hoc ius feudale in glossis ualde ab illo iure feudali, quod supra num. 2. allegauimus, sed uterque textus litteris germanicis exaratus est. In fine des Richtsteigs sequentia leguntur uerba: Anno domini millesimo quadringentesimo decimo etc. feria proxima post Iacobi per manus ARNOLDI, et paullo inferius est nomen

In

In menselbubing. Textus huius codicis litteris maioribus, glossae ad textum litteris mediocribus eleganter sunt scriptae, et omnia, praesertim uerba textus, optime legi possunt. Initium huius codicis sic incipit: Hir begynnet die Vorrede: Do EPKE von REPCHOW durch Greven HOYGERS willen von Valckenstein dis Buch der Sachsenspiegel hatte gesatzt in Latine us den priuilegium als dy römischen keysere hatte gegebn dem Lande zu sachsn, darnach satzte her das zu Dute (zu teutsch). Sed antiquam Germanorum linguam et dialectum aliquis calleat necesse est, quia Lehnrecht, num. 2. Weichbild num. 3. Richtesteig num. 5. et Lehnrecht num. 6. indicatum, multas uoces ex ueteri Germanorum lingua et dialecto admixtas habent.

63 Decretales GREGORII pontificis in membrana.

Codex eleganter quidem scriptus, sed propter litteras minores et multas abbreuiationes paullo difficilius legendus.

64 Summa REMVNDI *de diuersis casibus*, cum apparatu magistri WILHELMI, *Rodonensis*, super summam REMVNDI in membrana.

Codex eleganter et ualde distincte scriptus ad lineas, infra ductas. Summa REMVNDI litteris paullo maioribus, apparatus, siue glossa WILHELMI *Rodonensis* autem litteris paullo minoribus ad lineas, infra ductas, exarata est. Omnia optime legi possunt, licet nonnullis abbreuiationibus sint scripta. Codex hic fuit *fratrum minimorum in Wittenberg*, ut ab initio huius codicis notatum est.

65 *Ioh.*

65 *Ioh.* de CAPISTRANO Breuiarium Decretorum.

2) eiusd. scriptum de eruditione principum.

3) Eiusd. manuscriptum *de cupiditate*, quod constat ex 3. partibus, Codex est chartaceus. Litterae glossarum minores sunt, et glossae propter multas abbreuiationes difficulter legi possunt, licet omnia satis distincte alioquin sint scripta.

Codices manuscripti Medici ex eadem Bibliotheca electorali in Folio.

66 *Rosarium Medicinae, siue Practica Magistri Ioh.* HADDESDEN *anno* 1415.

Codex chartaceus, insertis passim nonnullis foliis membranaceis, litteris minoribus, multis abbreuiationibus et pallido atramento scriptus, ita ut difficillime legi possit.

67 *Bernhardi* de GORDONIS (Decani quondam in celeberrimo studio montis Pessulani) tract. *de Phlebotomiq, urinis et pulsibus, conseruatione uitae humanae, de gradibus, de regimine acutarum aegritudinum, de ingenio sanitatis.* 2) *Tractatus Prognosticorum*, qui editus est, ut praecedentia eiusdem auctoris scripta ab eodem *Bernardo* de GORDONIO, in praeclaro studio *montis Pessulani*, anno domini 1294. 3) *Antidotarius clarificatus.* Omnia in membrana formae minoris in fol.

Codex pallido atramento, multis abbreuiationibus

bus et litteris minoribus scriptus, ideoque difficillime legendus.

NB. 68 AVICENNA, in latinam linguam translatus, et in membrana formae maioris elegantissime scriptus.

Codex elegantissime litteris minoribus, ad lineas infra ductas, exaratus. Occurrunt quidem in hoc codice uariae abbreuiationes, sed propter elegantiam scripturae omnia satis commode ab attento lectore legi possunt. Ab initio codicis sequentia uerba adscripta sunt: *Iste Auicenna debet dari monachis Zesarie cum decreto.* Deinde codex ita incipitur: *Liber canonis primus, quem princeps* ABOALI ab INSCENI de MENA *edidit, translatus a magistro* GIRARDO, *Cremonensi, in Toleto.*

Codices manuscripti Philosophici membranacei ex eadem Bibliotheca electorali in Folio.

69 a) Motus et Theoricae Planetarum per singulos menses.

Omnia multa arte, magno studio et eleganter sunt exarata, et quaeuis distincte legi possunt.

69 b) CONRADVS *Vrspergensis*, accessit Chronicon DAGOBERTI, regis Francorum.

Codex, elegantissime litteris mediocribus scriptus, et multis computationibus chronologicis refertus. Occurrunt quidem in hoc codice uariae abbreuiationes, attamen pleraque optime et commode legi possunt. Textus huius manuscripti

ſcripti codicis plane non conuenit cum Chronico abbatis Vrſpergenſis, nam hoc manuſcriptum cum impreſſis abbatis Vrſpergenſis Chronici editionibus contuli, et plane alia in Vrſpergenſis Chronico impreſſo contineri reperi, quam in hoc codice manuſcripto.

NB. 70 Codex manuſcriptus, continens uaria priuilegia latina, eademque pleraque in germanicam linguam uerſa Imperatorum, Regum, Principum et Nobilium, monaſterium *Doberlucenſe*, ſiue zum *Dobirluge* (monaſterium des grawen, oder Ciſtertienſer Ordens in epiſcopatu Miſnenſi) concernentia.

Codex eleganter, litteris mediocribus ad lineas infra ductas, ſcriptus. Omnia optime in hoc codice legi poſſunt, et lectio per occurrentes abbreuiationes non reddita eſt difficilis. Priuilegia in hoc codice contenta maximi ſunt momenti. NB.

71 EVCLIDIS libri XV. cum commentario *Ioh.* CAMPANI fol. 1.

2) EVCLIDIS Perſpectiua fol. 64. 3) EVCLIDIS liber *de Speculis* fol. 81. 4) ALFRAGANVS, *de computo et ſperis* fol. 86. 5) GEBER Epitome τῆς μεγάλης σύντάξεως fol. 98. ſiue *Theorica Planetarum moderna.* In ultima huius codicis pagina memoratur, quod hic codex olim fuerit fratrum minorum in *Serwiſt* (ſiue Serueſtanorum fratrum) ſed anno 1538. hic codex illuſtriſſimo principi, duci Saxoniae IOHANNI FRIDERICO I, *magnanimo*, a ſenatu

Seruestensi donatus est. Codex eleganter quidem, sed litteris minoribus et multis abbreuiationibus scriptus, ita ut difficillime legi possit. Figurae mathematicae, ad hunc codicem pertinentes, magna industria in margine sunt exaratae.

NB. 72 De uita et morte ELISABETHAE.

Codex eleganter ad lineas, infra ductas, scriptus litteris maiusculis, scriptura crassior talis est, qualis sub initium saeculi XV. esse solebat. Omnia optime legi possunt, nam abbreuiationes non adeo multae sunt, et earum sensus probe potest intelligi. Liber *de uita et morte beate Elyzabeth* constat ex 8. libris, et quilibet liber ex diuersis capitibus. Sub finem huius codicis per 10 capita, adhaerent miracula beate ELYZABETH, a sede apostolica approbata. In fine eiusdem codicis manuscripti, et quidem in tabula ligaturae, haec leguntur: In dem Jare noch Cristus Geborth, alß man schryff Dusent vierhondertt und in dem acht und sechtzighten Jare uff den sonntag vor Sant Elizabethen Tag hone ich Petr von SANT MABOR Burg zu Marpurgk dyß Buch zu Ere der heyligen Frauwen sancta Elyzabethen Ere. Auctor autem huius libri *de uita et morte beate Elisabeth* fuit THEODERICVS, siue DIETERICVS. *Thuringus*, qui uixit extremis temporibus RODVLPHI, *Habspurgensis*. In praefatione refert auctor, eos se libros scribere coepisse anno Christi 1289. Addit, hunc fuisse annum 59. a transitu b. ELIZABETH, quam anno 1231. 3. Kal. Decembr. decess-

decessisse auctor est TRITHEMIVS, in libro *de scriptoribus ecclesiasticis.* In eadem praefatione auctor THEODORICVS ait, se iam plus sexagenarium esse, et annos 42 in ordine suo compleuisse. Quos etiam secutus sit auctores ibidem enarrat. uid. VOSSIVS de *Historicis latinis* lib. 2. cap. 60. p. 493. Manuscriptum quoddam huius libri supereſt etiam adhuc in monasterio S. Galli, impressum autem habetur in CANISII *lectionibus antiquis* Tomo V. part. 2. n. 2. editionis in fol. per Iacob. *Basnage* editae, *Antuerpiae* 1725. quam nouam *lectionum* CANISII *antiquarum* editionem *Basnage* meliore, eodemque, quantum fieri poterat, chronologico ordine digessit, cum codicibus manu exaratis collatam emendauit, suppleuit, praefationibus et notis eruditis illustrauit. Eiusdem uero THEODORICI *de Thuringia*, seu *de Apoldia*, uariae lectiones et supplementa uitae S. ELISABETHAE exstant in Tomo 2. n. 26. fol. 1987. *Scriptorum rerum germanicarum*, *praecipue Saxonicarum*, a celeb. *Ioh. Burchardo* MENCKENIO *Lipsi.* 1728-1730. in fol. editorum, ubi etiam num. 27. fol. 2007. reperitur libellus, *de dictis IV. ancillarum S. Elisabethae*, siue *examen miraculorum eius* et num. 28. ibid. fol. 2033. auctor rhythmicus uernaculus, de *uita* ELISABETHAE, *Landgrauiae Thuringiae.*

Codices manuscripti Philosophici chartacei ex eadem Bibliotheca electorali in Folio.

NB. 73 Historische Beschreibung der Stadt Bern, im Vchtland, und die Historie ihrer Eydgenossen, auf Befehl Juncker *Rudolph* HOFFMEISTERS, Edelknechts, Schultheß, darzu der Vätte, oder Väter Vänner heimlicher, auch die zweyhundert der vorgenannten Statt von Berne (oder des Magistrats daselbst,) aufgezeichnet von *Cunratt* HISTINGERN, Stadtschreibern zu Bern, im Jahr 1420. an Sanckt Vincencien Abend des heilgen Marterers, wie solches alles der auctor pag. 3. selbst also verzeichnet.

Codex, litteris mediocribus distincte scriptus et absque abbreuiationibus, ita ut commode legi possit. Chronicon autem hoc urbis BERNAE ex aliis libris et Chronicis collectum est, ut ipse auctor ab initio huius Chronici refert. Incipit hoc Chronicon cum anno 1152. i. e. 38. annis ante, quam urbs BERNA fuit condita, et se extendit usque ad annum 1414.

74 Codex, in quo continentur uaria manuscripta astronomica, nimirum Astrologia *de natura domorum* per 13. capita, tractatus propositus 1487. per magistrum *Albertum* de PROZOWO in Cracouia.

2) Idem magister ALBERTVS, de iudicio magnae 6. per 5. capita.

3) Idem de iudicio eclipsium.

4) Alia

4) Alia Astrologica ☽m ☍ mensium anni, ad conficiendam Practicam accommodata.

5) De cometis methodica et absolutissima tractatio astronomica et astrologica.

6) Iudicium cometae anni 1472. copiosissime per magistrum *Iohannem* de GLOGOVIA maiori.

7) De uentis et aëris mutatione.

8) Experimenta astrologica magistri *Zaſtwosky*.

9) Consyderationes GVIDONIS *Bonati* in medicinis quibuscunque.

10) Figurae coelestes ad annum 1521. et succedentes annos usque ad 1526.

11) Tabulae mediorum motuum, collectorum annorum.

12) Tabulae resolutae cum canonibus frugiferis.

13) Annotationes in quaedam capita *Secundi* PLINII.

Possessor huius codicis manuscripti astronomici fuit quondam M. *Volmarus* FELLINGERVS.

Haec scripta minora, ductibus litterarum ualde obscuris exarata sunt, ita ut difficillime legi possint.

75 ALBATEGNVS *de stellarum scientia*, ex arabico in latinum translatus, interprete PLATONE TYBVRTINO. 2) Rhythmomachia. 3) EVCLIDES de ponderoso et leui, et de comparatione corporum ad inuicem.

Codex eodem modo et eadem forsitan manu, quam praecedens codex manuscriptus, exaratus, et difficillime legendus. Incipit hic codex cum libro magistri, filii Geber, filii eiusdem,

qui uocatur ALBATEGNVS. Post hunc tractatum sequitur astrologica. it. ars binomialis. Liber IORDANI *de rationis pondere.* Post EVCLIDIS tractatum de ponderoso et leui comparet eiusdem tractatus *de speculis.*

76 Quaedam Medica in hoc uolumine continentur, nimirum 1) Directorium iuuenum, in arte medica nondum exercitatorum, compilatum per *Iohannem* AQVILAM, ordinarium in Patauino studio.

2) Regulae speciales mutationis aurae ex sententiis et astrologorum libris collectae.

3) De apertionibus portarum.

4) Mansiones lunae, quarum principia ad hanc nostram aetatem sunt rectificata.

5) Significationes generales Planetarum, dum se appadiant (nescio, quid hoc uerbum significet) quacunque applicatione in initiis annorum sint, atque quartarum principiis, quoad affectus in statibus hominum.

6) de planetarum-aspectibus, per quos in aëris mutatione diuersos signant affectus.

7) Regula generalis-in reuolutione annali et uaria alia astrologica.

8) Canones instrumenti astronomici, quod *Torquetus* appellatur.

9) Sphaerici ac solidi corporis, siue globi astronomici canones, per capita 30.

10) Tractatus de Magnete, cum epistola *Petri Peregrini* de MARICANT ad hunc tractatum.

11) De artificio compositionis rotae perpetui motus.

12) Tra-

12) Tractatus de adamante.
13) Tractatus de Chilindro.
Codex, per diuersas manus, latino sermone, et litteris minoribus scriptus, sed tam obscuris litterarum ductibus, ut difficillime legi queat.

77 Tabulae primi mobilis, et quaedam de antiscii. In hoc codice continentur 1) Instrumentum pro Azimuth solis habendis fabricare. 2) Medica quaedam.
3) Quaedam ex epitoma *Iohannis* de REGIO MONTE. (*a*)

(*a*) De uita *Ioh.* REGIOMONTANI uid. MELANCHTONIS *Declamationes* Tom. II. Prodiit etiam huius uiri uita cum uita GASSENDI, BRAHEI, COPERNICI et PVRBACHII *Hagae Comit.* 1653. in 4. Hunc *Ioh.* REGIOMONTANVM una cum *Georg.* PVRBACHIO Astronomiam in Germania restituisse scribit MELANCHTON l. c. Vita PVRBACHII exstat in ADAMI *uitis Philosophorum* p. 2. celeb. autem HEVMANNVS in *conspectu reipublicae litterariae* cap. 4. §. 48. p. 136. not. (r), monet, hunc REGIOMONTANVM non *Regiomonti* Prussiae, sed *Regiomonti* in Franconia, editum in lucem fuisse.
4) Geometrica, praesertim practica de minuciis astronomicis.
5) *Iacob.* STAPVLENSIS de phisiognomia.
6) Figura diuisionis cordarum.
7) Quaedam de motu 8. spherae.
8) Compositio et fabrica AVIROCCII (sic legitur.)
9) Tabula quadrantis de umbris.
10) De Cometis, terrae motu.
11) Quadrans rectarum et uersarum.

12) Iudicium cometae 1472.
13) Compoſitio noui quadrantis.
14) Scala Altimorea.
15) Horologia ad umbram ſolis.
16) Inſtrumentum ♂ ☽ et ☉
17) De quadratura circuli.
18) De coniunctionibus Planetarum inſtrumentum.
19) De horis inaequalibus.
20) Tabulae primi mobilis.
21) Tabula pro directione et loca diuiſionis.
22) In Coſmographiam PTOLOMEI.
23) De Prognoſticatione peſtilentiae et aliarum rerum.
24) Sphaerae materialis compoſitio.
25) Canon tabularum de aſpectibus ☽ et planetarum.
26) Antiſciorum tractatus.
27) Figurae eclipſium, ſeu typi.
28) Aſtrologica.
29) Quaedam natiuitates principum et regum *Georg.* BVRBACHII.
30) Recepta de rectificatione geniturae humanae.
31) Tabula de reuolutionibus annorum. Praemittitur huic tractationi epiſtola ad magnificum comitem *Ioh.* de POSGON, uirum ſtrenuum, in arte aſtrorum peritum.
32) ☌ uterque ♄ etc. 24.
33) Aequatio reuolutionum.
34) Annum ſolis ueriſſimum inuenire.
35) Area ſigniferi ad horas quadruplices.
36) Eleuationis 48.
37) Almanach in ☽ a continuare.

38) In-

38) Instrumentum *armillare* componere.
39) Regulas PTOLOMEI fabricare.
40) Introductorium in Cosmographiam de longitudine et latitudine ciuitatum.
41) Canones instrumenti TORQVETI.
42) Canones gnomonis minoris.
43) Compositio Torqueti.

Codex hic latino sermone, et obscuris litterarum minorum ductibus est scriptus, ita ut uix ab aliquo legi queat. Reperiuntur etiam in hoc codice uariae figurae et tabulae, ad scientiam astronomicam pertinentes. Pleraeque tractationes, in hoc codice contentae, *Iohannis* de MONTE REGIO esse uidentur. Codex autem ipse, uti et codex praecedens, num. 76. indicatus, fuit olim M. *Ioh. Volmari* FELLINGERI, a cuius heredibus deinde emti sunt hi codices manuscripti per *Georg.* SPALATINVM, Bibliothecae electoralis Wittebergensis eo tempore praefectum, uid. supra pag. 19.

78 Compositio Sphaerae et Theoricae Planetarum. Continentur in hoc codice, qui itidem olim fuit M. *Ioh. Volmari* FILLINGERI, uel FELLINGERI, tractatus sequentes:

1) Compositio Zaphee.
2) Vasorum mensuratio.
3) Viel geriſſene Figuren ohne Canonibus.
4) Algebra, optime conscripta.
5) Introductiones in singulos libros EVCLIDIS.
6) Rithmomachia *Ioannis* STHREVDT.
7) Tabula domorum coeli ad eleuationem 51, uel ad latitudinis 51 gradus.

8) Quaedam demonſtrationes, pertinentes ad Theoricas.

9) De formatione corporis humani in utero materno *Ioannis* GLAGOVIENSIS.

10) Eiusd. tractatus de arte Phiſionomiae.

11) Obiter Theorica Mercurii.

12) Introductorium in Alfonſi tabulas *Ioannis* de GLAGOVIA.

13) Wie man artifice meſſen ſoll.

Codex, litteris minoribus et iisdem obſcuris litterarum ductibus, quam praecedentes codices, ſcriptus, ita ut uix ab ullo legi poſſit. Occurrunt etiam in hoc codice quaedam figurae mathematicae et tabulae aſtronomicae.

NB. 79 Acta ab anno 1479. ad 1482, collecta et conſcripta in ſtudio Lipzig per D. *Ioh.* WEYSSE *de Roſtock.*

Continet hoc uolumen uaria ſcripta memorabilia, urbem et academiam Lipſienſem aliorumque negotia concernentia, omnia tamen fere lectu ſunt ualde difficilia. Variis manibus hoc uolumen conſcriptum eſt, litteris plerumque mediocribus, partim latino, partim germanico ſermone, quaedam quoque ligato ſermone reddita occurrunt. In quibusdam locis hic codex commode, in aliis difficulter legi poteſt.

80 Codex, in quo uaria continentur, partim manuſcripta, partim typis impreſſa, et quidem 1) Hiſtorica narratio, uerſibus Leoninis conſcripta, de *incendio in urbe Erfurt* 1472, in feſto Prothaſii orto, quae narratio optime legi poteſt.

2) Ein

2) Ein teutſches Schreiben des Papſtes PII, quod etiam optime legi poteſt, folia 7½. Sed antiqua huius epiſtolae uocabula germanica non ſatis commode ubique intelligi poſſunt.

3) Epiſtola, tempore concilii Baſileenſis miſſa ambaſiatoribus Bohemiae. Litteris minoribus, et obſcuris ductibus ſcripta eſt haec epiſtola, ut non adeo commode legi poſſit.

4) Saluus conductus, ambaſiatoribus regni bohemie a conſilio Baſileenſi datus, eadem manu et iisdem obſcuris ductibus ſcriptus. Sequuntur deinde uaria decreta conſilii Baſileenſis per Seſſiones 23, alia manu ſcripta, ita tamen, ut facilius quam ſcripta, num. 3. et 4. indicata, legi poſſint.

5) *Speculum humane uite*, RODERICI, epiſcopi Zamorenſis, typis impreſſum eſt hoc *ſpeculum* a Ginthero *Zainer* ex Reutlingen, ciui progenito, urbe autem commanenti Auguſtenſi 1471.

NB. *Speculum* autem *uite humane* hic liber dictus eſt, ut auctor ipſe ſub finem libri monet, quod in eo ceſarea poteſtas ac regalis dignitas, bubulcorum etiam genus ſibi ſpeculatur, ſil' ſpiritualisque uite uiros ſecum aduehens, papam, ſanctos cardinales, arciepiſcopos, clericos et ceteros eccleſie miniſtros: rectam autem his ſpeculandi praeſcribendo normam. Claudunt hunc librum uerſus ſequentes:

Excelſi ingenii uir *Rodoricus* opus
Qui norma angelica eſt cuſtos benefidus in arce
Sub Pauli Veneti nomine pontificis

Claret

Claret in Ytalici Zamorensis episcopus ausis
Eloquii: id (forsitan ad) superos gloria parta uiri.

6) *Sophilogium* manuscriptum, magistri fratris IACOBI, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, Capellani apud Mychahelem, episcopi Mithisiodorensis. Auctor ipse de hoc libro suo in praefamine libri sui differit: *Se hunc librum ex dictis poetarum praecipue congessisse, quem Sophilogium interpretatus sis, eo quod principalis intencio sit, inducere legentis animum ad amorem sapientiae.* Hoc Sophilogium autem exaratum est litteris mediocribus, et non adeo multis abbreuiationibus, ita ut plerisque in locis commode legi possit.

7) Tractatus *de uictoria Christi contra Anti-Christum*, magistri HVGONIS *de nouo castro, sacre theologie et decretorum doctoris parisiensis.* Hic autem tractatus non est manuscriptus, sed typis impressus anno 1471. absque loci impressionis mentione. Pertinet hic tractatus potius ad libros theologicos, quam ad codices manuscriptos philosophicos. Adhaeret coniectura, etiam typis impressa, *Nicol.* de CVSA, *Cardinalis, tituli sancti Petri ad uincula et episcopi Prixiensis*, nec non doctoris eximii atque illuminatissimi, *de ultimis diebus mundi.* NB.

8) Epistola Pontificis romani PII II, manuscripta, *ad prauos et peruersos hereticos Bohemos.*

9) Epitaphium eximii quondam doctoris, domini *Mathie* DORINGH, *magistri ordinis fratrum minorum* in KIRITZ per Bussones fratres.

10) Quae-

10) Quaedam epistolae manuscriptae e. g. ad commendatum et multae discretionis uirum, dominum *Ioh.* MEWIS, *domin. Hauelbergenſ. Cancellarium.* Ad *Nicol.* SCHERLOFF, *rector. in Wiſtl.* Ad magistrum *Ioh.* LINCKVM (sic lego, sed in hac lectione non satis certus sum) *rectorem in Francford* 1470. Difficulter autem legi possunt omnes hae epistolae.

11) Epistola reperta in annalibus urbis Romanorum, quae missa fuit senatui per quendam LENTVLVM, qui tunc erat offic. IV. imperator romani populi, in Iudee partibus morabatur, quam super conditionibus Christi scripsit. Cum moris erat, quas ex uniuersis mundi partibus compererat et prouinciis, senatui scribere nouitates occurrentes. In fine huius epistolae sequentia adduntur uerba: Explicit epistola *Iacobi* de COLVMPNA, anno domini 1421. reperta in annalibus rome, in libro antiquissimo in Capitolio, doct. domino Patriarchae Constantinopolitano. Vide integram hanc LENTVLI epistolam, supra ad num. 1. codicum manuscriptorum theologicorum in fol. suppeditatam p. 302.

12) Epistola antiqua - reperta, quam *Pontius* PILATVS de his, que hierosolimis sub eo gesta erant, TIBERIO CLAVDIO imperatori scripsit, super crucifixionem Christi et resurrectionem.

13) Quaedam diplomata germanica, Halae Magdeburgicae anno 1424. data, ad GEORGIVM et IOHANNEM, comites Anhaltinos, spectantia, et satis commode legenda. it. diploma latinum, a *Ioh.* GRVDEMANN, *artium liberalium magiſtro, ſacre-*

sacreque theologie baccalaureo formato, praeposito Canonicorum regularium monasterii sancti Thome apostoli in Lipczk, ordinis b. Augustini Mersburgensis dioeceseos iudice et subconseruatore promulgatum 1462. mense Decembri, difficulter legendum.

81 Tabulae resolutae et quarta pars summae Astrologiae.

In hoc codice manuscripto, qui olim circa annum 1536. fuit M. *Ioh. Volmari* FELLINGERI, continentur.

1) Tractatio, obiter instituta de mensuratione uasorum.
2) Tabula de Mediis ☌ et ☍.
3) Fragmentum de indicandis natiuitatibus.
4) Summae Astrologiae quarta pars liber I.
5) Interpretatio in Almanach.
6) Canones Tabularum resolutarum.
7) De natiuitatibus.

Codex, litteris minutissimis et ductibus litterarum ualde obscuris scriptus, ita ut potior istius pars difficillime legi queat. Ab initio quidem paullo elegantiori manu hic codex ultra dimidiam sui partem est exaratus, et paullo commodius legi potest, sed circa finem difficillima est huius codicis lectio.

Codices manuscripti gallici (a) membranacei, ex eadem Bibliotheca electorali, in Folio.

NB. NB. 82 Livre de proprietés des choses, translaté de latin en françois du commendement

dement CHARLES le V. roy de France, par maistre *Jehan* CORBECHON, *de l'ordre saint Augustin, Docteur en Theologie*, l'an de grace 1372. in Fol. regali. In rothen Sammet eingebunden, mit überaus schöner und reicher Gold-Arbeit, auch unzehligen goldenen Buchstaben, und vielen schönen, mit dem besten Farben und Golde reichlich ausgezierten Bildern.

Quam ob rem nullus dubito, quin hunc codicem, auro omnium codicum manuscriptorum ornatissimum in Bibliotheca nostra pronuntiem. Scriptus autem est hic codex per *Fremin* de REVELLE, qui fini huius codicis nomen suum adiecit. Pretiosissimus hic codex, litteris mediocribus, absque abbreuiationibus, elegantissime ad lineas, infra ductas scriptus est, ita ut commodissime omnia legi queant. Pleraeque litterae initiales auro optimi generis sunt obductae, aliae litterae initiales rubro et caeruleo colore artificiosissime, et magno studio pictae. Praemittitur huic codici index capitum, litteris in hoc indice, rubro et caeruleo colore artificiosissime pictis, nec non aureis litteris per 8. integra folia largiter exornatus est hic index. Constat autem hoc opus ex 20 libris, qui plerumque de rebus physicis agunt. Pagina cuiuslibet libri in hoc codice initialis frondibus (mit schönen Laubwerck) auro et uariis coloribus pictis, eleganter est exornata, nec minus litterae librorum initiales artificiosissime auro et coloribus uariis pictae sunt, et litterae, auro obductae, uix numerari poterunt.

Quili-

Quilibet igitur lectorum ex his, quae de hoc codice retulimus, de summa eius praestantia iudicare poterit.

(a) Codices hi Manuscripti gallici plerique ex Bibliotheca ducum Cliuensium cum SIBYLLA, ex familia ducum Cliuensium originem ducente, et sereniſſima electoris IOHANNIS FRIDERICI I. *magnanimi* coniuge, in bibliothecam electoralem Wittebergensem sine dubio translati sunt. Nam SIBYLLA ista erat IOHANNIS, ducis Cliuensis, princeps filia, nata 1510. desponsata IOH. FRIDERICO I. *magnanimo* 1527. d. 2. Iun. et mortua d. 21 Febr. 1554. Plurimis his codicibus gallicis manuscriptis ab initio appicta sunt ducum Cliuensium insignia, et in plurimis horum codicum sub finem reperitur nomen *Philipp* de CLIVIS, manu eiusdem scriptum. Hic PHILIPPVS, dominus Rauensteinii, fuit sine dubio ille, qui mortuus est anno 1528. et cuius meminit celeb. HÜBNERVS in Tabula 286. seiner genealogiſchen Tabellen. Qui PHILIPPVS etiam conscripsit librum bellicum (ein Kriegs-Buch) et imperatori CAROLO V. sub initium imperii eiusdem dedicauit; manuscriptus hic liber bellicus exstat in praestantissima sereniſſimi ducis Saxo-Gothani Bibliotheca, et praefatio libri illius sic incipit: Durchleüchtigſter Fürſt und Herr, ich PHILIPPS, Hertzog von Cleve, Graff von der Marck und Herr zu Ravenſtein, Euer demüthigſter Diener, erkennent durch die Gnade Gottes, das hinfürter zu ainen ſchweren alter kumen, beſorgende, das euer Königreich, Fürſtenthumb, Land und Herrſchafften, die ſich in weiten Landen, Orten und Gräntzen ſtrecken, durch Haß, Neid und Liſt der Feinde groſſe Anſtöſſe und Abbruch leiden werden, und daß mir meine Stärcke, Krafft und Macht, auch Dienſte, Hülff und Rath zu geben, zu thun und weiſen, wie ich denn den Willen, Hertz und Gemüth habe, mir fehln und

abgehn

abgehn wird, eh das ich persönlich dabey wird seyn kunden etc.

NB. 83 Les Problemes d'Aristote, translatés et exposés de latin en françois par maistre *Emrad* de CONTY, *Phisien du Roy* CHARLES *le quint, et Medecin de lui et de la royne* BLANCHE.

Codex pretiosus, litteris minoribus et absque abbreuiationibus eleganter scriptus, ita ut omnia commode legi queant. Innumerae litterae, auro obductae, uariis coloribus eleganter, et artificiosissime exornatae in hoc codice occurrunt, tota etiam singulorum in hoc codice librorum pagina frondibus, auro et uariis coloribus egregie pictis (mit dem schönsten gemahlten und vergoldeten Laubwerck) exornatur. Pertinuit quondam hic codex ad Bibliothecam sereniſſimorum ducum Cliuensium; nam non solum primae huius codicis paginae insignia sereniſſimae ducum Cliuensium familiae eleganter appicta conspiciuntur, sed etiam sub finem legitur nomen ducis Cliuensis, *Philippe* de CLIVIS. In fine paginae initialis problematum picta sunt alia insignia, sine dubio translatoris gallici huius codicis, *Emrad* de CONTY, coloribus itidem elegantissime exornata.

NB. 84 L'Histoire de Cyrus, roy de Perse, composée par XENOPHON, le Philosophe, translatée de Grec en Latin par POGGE *de Florence* (nimirum POGGIVM, *Florentinum*) et de Latin en François par VASQVE *de Lucene, Portugalois*, anno 1470.

Codex elegantissime litteris maioribus, absque ullis abbreuiationibus ad lineas, infra ductas, scriptus, ita ut omnia commodissime legi queant. Prima huius codicis pagina, in qua textus incipit, frondibus diuersi coloris, et auro splendidissime pariter atque artificiosissime est exornata, ita ut non satis picturam mirari possis. Conspicitur etiam in hac pagina picta tabula, in qua repraesentatur CAROLVS, *Burgundiae, Lotharingiae et Brabantiae dux* etc. in solio sedens, et uariis aulae suae proceribus stipatus, cui sine dubio translator huius operis VASQVE de *Lucene* opus suum, ex latino in gallicum sermonem translatum, genibus flexis et nudo capite offert. Hanc effigiem celeberrimus in academia nostra Ienensi consiliarius aulicus, Professor iuris publici et Historiarum ordinarius BVDERVS, aeri incidendam curauit et diatribae suae *de feudis officialium hereditariorum* Ien. 1736. in 4. praemisit, ubi exacte cognosci potest, quidnam in hac tabula picta repraesentetur. Initio singulorum librorum praemittitur picta tabula, elegantissime et artificiosissime uariis coloribus atque auro picta, ex omnibus uero partibus splendidissime frondibus exornata. **Es ist um die gantze Seite herum, oben, unten, zur rechten und lincken das vortrefflichste Laubwerck gemahlet, und mit Golde ausgezieret.** Figurae huius codicis pictae, et singulis eiusdem libris praemissae, uariis modis armaturam ueterum Germanorum et aliorum populorum optime illustrare possunt, et multiplicia armorum genera in his tabulis picta conspi-

conſpiciuntur, e. g. armatura cataphractorum militum et equorum, clypeorum, uexillorum, ſignorum, galearum, calcarium, lancearum, tubarum bellicarum, phalerarum etc. Pertinuit etiam hic codex, ex 236. foliis membranaceis conſtans, ad familiam ſereniſſ. ducum Cliuenſium, ideo ab initio libri inſignia familiae Cliuenſis appicta ſunt.

NB. 85 Le Grant uita Chriſti en françois Pars I. et II. Impreſſus eſt hic liber in membrana, et ab initio nitidiſſime coloribus exornatus.

Codex pretioſiſſimus, et litteris mediocribus elegantiſſime impreſſus à Lyon 1493. Plerisque autem lectoribus hic codex manuſcriptus uidebitur, cum praeſertim ſingulis litterarum lineis impreſſis rubro colore lineae ſubductae ſint, ut aliquis forſitan coniicere poſſet, has lineas a ſcriptore eſſe ſubductas, ut lineae in ſcribendo uia recta procedere queant. Nullae in hoc libro occurrunt abbreuiationes, ita ut omnia commodiſſime, et cum maximo oculorum oblectamento legi poſſint. Litterae ſingulorum capitum, praeſertim librorum elegantiſſime et artificioſiſſime uariis coloribus ſunt pictae et auro exornatae. Vom Anfange dieſes Codicis iſt die Gold-Arbeit und das Laubwerck auf 3. Blättern um das gantze Bild herum, über alle maſen ſchön, und hat einen rechten vortrefflichen Gold-Glantz, hernach aber ſind die Gold-Buchſtaben durchs gantze Werck hindurch ſehr bleich. Num autem hoc conſulto, uel ex imperitia auro pingendi et inaurandi factum ſit, pro certo affirmare non poſſum. Pertinuit

etiam hic codex quondam ad familiam ducum Cliuensium, ideo insignia huius familiae ab initio huic codici appicta sunt. Imagines, ab initio huius codicis occurrentes, etiam elegantissime pictae. Translator huius libri, qui in folio 2. nominatur, fuit frater *Guillaume* LEMENAND, *ex ordine fratrum minorum obseruantiae.* Sequitur Prologus patris LVDOLPHI *de l' ordre des Chartreux*, actoris harum meditationum in uitam Christi. Plerisque capitibus praemissa est Historia illa biblica, de qua in capite sequente agitur, elegantissime ubique picta et auro artificiose exornata. Hic Tomus I. continet 71. figuras, elegantissime auro et uariis coloribus pictas. Cuilibet capiti subiungitur oratio, ad historiam biblicam, in praecedente capite pertractatam, accommodata. Prima huius Tomi pars fol. 118. partis 2. tribuitur actori, secunda translatori.

NB. 86 PARS III. ET IV. HVIVS OPERIS, in gallicum sermonem translati, eodem modo scripta et exornata est, quam duae praecedentes partes I. et II.

Omnia igitur fere, quae sub praecedente numero de parte I. et II. dicta sunt, etiam ad partem III. et IV. applicari possunt. Figura folii 1. tertiae partis etiam elegantissime, ut figurae praecedentium partium, picta et ornata est. Tertia pars continet 27. figuras, et historias biblicas, elegantissime uariis coloribus pictas et auro ornatas. Pars IV. complectitur 19. figuras pictas. In fine partis IV. sequentia leguntur: *Cy finist le tres-*

le tresbel et proffitable livre des meditacions sur la vie de Jhesu Christ, prins sur les quatre evangelistes. Et compouse par venerable pere LVDOVLPHE, *religieux de l' ordre des Chartreux. Et translate de latin en françois par venerable, scientifique et eloquente personne frere Guillaume* LEMENAND, *maistre en Theologie de l' ordre de mon seigneur sainct François, à la requeste de trespuissant, tres excellent et tres magnifique Prince, mon Seigneur le Duc de Bourbon, conneſtable de France. Imprime en la cite de Lyon sur le rosne par maistre Matthieu* HVS, *de la nacion dallemaigne, impresseur, habitant du dict Lyon, l' an mil, quatrecens quatrevingts et treze* (1493) *et le premier jour de Mars.*

NB. 87 Boece de la Conſolation de la Philoſophie.

Verſio gallica libri latini BOETHII *de conſolatione Philoſophiae*, translata *ex latino in gallicum ſermonem par maiſtre Jehan* de MEVN, et deinde miſſa regi PHILIPPO IV. Scriptus autem eſt hic codex per *Dau.* AVBERT, iuſſu MARGARETHAE *Angliae, Ducis Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae* etc. 1466. Se hunc codicem ſcripſiſſe ipſe AVBERT propria manu teſtatur in fine huius codicis, Codex autem eleganter, litteris mediocribus et absque abbreuiationibus ad lineas, infra ductas, ſcriptus, et ubique commode legendus eſt. Litterae ſingulorum librorum initiales maioris formae, uariis coloribus artificioſiſſime pictae, et auro eleganter exornatae ſunt. Pertinuit etiam hic codex quondam ad familiam ducum Cliuenſium,

sium, ut appicta initio huius codicis insignia sereniſſimae illius familiae docent. Textui BOETHII translator ubique immediate subiunxit gloſſas ſuas. Prima huius codicis pagina continet figuram, elegantiſſime pictam, et ex omnibus partibus optima pictura artificioſiſſime exornatam (die gantze Seite iſt mit ſchönen Laubwerck und andern goldenen und gemahlten Zierrathen herrlich ausgezieret) Figura ipſa repraeſentat 6 feminas, elegantiſſimis et uenuſtiſſimis, quae Gratiis ſimillimae ſunt, faciebus pictas. Proportio autem corporum harum feminarum et brachiorum earundem minus apta eſt. Prima harum feminarum ſine dubio referre debet MARGARETAM anglicam, Ducem Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae etc. quae illo tempore ſedem ſuam *Gandaui* (Gent) fixerat, cuius iuſſu hunc librum ex lingua latina in gallicam ſe transtuliſſe meminit translator in fine huius codicis, ſplendidiſſimo ueſtitu induta eſt princeps haec femina, et ueſtis ambitus ſyrmate lato ex pelle Hermelina circumdatur, quod ſyrma portatur a nobili quadam uirgine. Huic principi feminae, cui quinque nobiles uirgines adſtant, Translator libri *Boethiani* librum, ſiue uerſionem ſuam gallicam, nudo capite et genibus flexis tradit in ſpatioſo quodam coenaculo. Pagina, in qua incipit Prologus Translatoris etiam artificioſiſſima pictura in omnibus marginibus ornata et auro decorata eſt. In prologo et dedicatione uerſionis ſuae gallicae ad PHILIPPVM IV. Galliae regem translator ſequentem notitiam de ſe, ſcriptis

ptis suis, et multis in bonas litteras meritis suppeditat. *Jehan* de MEVN, *qui jadis ou rommant de la rose puisque jalousie ont mis en prison bel acqueil et enseignay la maniere du chatel prendre et de la rose cueillier. Et translatay du latin en françois le livre de* VEGECE *de chevallerie et le liure des grands merueilles de Yrlande. Et la vie et les epistres de maistre Pierre* BAICLART *et* HELOYS *sa femme. Et le liure a elied et de espirituel amistie et* BOECE *de consolation a translate de Latin en François* Translator etiam dat fidem, se strictissime ex iussu MARGARETAE, Anglicae, inhaesisse textui BOETHII et minime ab illo recessisse in uersione sua.

NB. 88 La Legende d'orée en François.

Codex pretiosus, absque abbreuiationibus et eleganter scriptus, ideoque commode ubique legendus. Litterae capitum initiales auro sunt obductae et elegantissime pictae. Litterae Periodorum initiales partim quoque uariis coloribus nitide pictae, partim auro obductae sunt. Occurrunt etiam in hoc codice multae et ultra 60. figurae biblicae, nitidissime pictae, et auro splendidissime ornatae. Cuilibet figurae subiuncta est Historia Sancti, uel Sanctae, cuius imago per figuram repraesentatur. Pertinuit itidem hic codex, ut praecedentes, quondam ad sereniſſimam ducum Cliuensium familiam, ut insignia huius familiae, initio codicis appicta, docent. Prima pagina elegantissimo frondium opere (mit dem schönsten Laubwerck) uariis cololoribus et auro est exornata, et exhibet si-

mul figuram, artificioſiſſime uariis coloribus pictam et auro ornatam, nimirum quendam romanae eccleſiae doctorem, in cathedra ſedentem, et librum quendam ſedula manu terentem. NB. Tractationes de feſtis diebus ex latino in gallicum ſermonem translatae ſunt per quendam magiſtrum in Theologia, ex ordine *de noſtre Dame du Carme* anno 1402. Pag. 4. occurrit figura, ex ſuperſtitione papatus orta, nimirum uirgo *Maria*, lateri Dei patris aſſidens, non comparentibus in hac ſocietate uel Dei filio, uel ſpiritu ſancto. Pag. 5. etiam artificioſiſſime et elegantiſſimo frondium opere, auro et uariis coloribus eſt ornata. (Es iſt dieſe Seite mit dem allerſchönſten vergoldeten, und mit mancherley ſchönen Farben gezierten Laubwerck um und um eingefaſt.)

NB. 89. 90 Valerius Maximus, en François. Volumes 2.

Haec duo uolumina manuſcripta eleganter quidem exarata ſunt, attamen, non tanta elegantia, quam quidem codices, num. 82. 83. 84. 87. et 88. indicati. Litteris minoribus et absque abbreuiationibus conſcriptus eſt hic codex, ideoque commode ubique legendus, atramentum autem plerisque in locis eſt pallidum. Litterae capitum et plerarumque paragraphorum initiales auro obductae, et caeruleo atque rubro colore artificioſe pictae ſunt. Addita etiam ſunt paſſim alia picturae et auri ornamenta. In uerſione hac gallica translator talem tenet morem ut 1) uerba Valerii Maximi latina per uoces gallicas

licas transferat, deinde etiam textum Valerii per additas, et textui semper subiunctas glossas explicet, notas semper separans a uersione gallica, ita ut uersioni gallicae apponat uocem *Acteur*, glossis autem suis et explicationibus uocem *Translateur*. Fuit et hic codex quondam in sereniſſima ducum Cliuensium familia, ut insignia huius familiae, initio codicis appicta, indicant. In medio codicis passim uariae figurae, uariis coloribus elegantissime pictae, et auro ornatae, conspiciuntur, et paginae nonnullae elegantisimo frondium opere, auro et uariis coloribus artificiosisime ornatae sunt (verſchiedene Seiten ſind mit dem allerſchönſten vergoldeten Laubwerck auf das allerkünſtlichſte ausgezieret.) Non procul ab initio indicatur, quod NB. *Symon* de HELDIN, *Frere de lospital de saint Iehan de ihrtin* (sic lego, sed sine dubio legendum est de *Ieruſalem*) *Docteur en Theologie tres excellent*, hunc Valerium Maximum ex latino in gallicum sermonem transtulerit, suamque uersionem gallicam inceperit anno 1380. ut indicatur sub libri primi finem. Initio singulorum librorum praemittitur tabula, eleganter picta, et auro artificiosissime ornata. Figura libri 4. refert uarios iaculatores, cuspides gladiorum nudis digitis imponentes, et sic circumferentes, ex quo patet, iam ista aetate tales iaculatorum artes in usu fuisse. Figura libri 7. exhibet fortunam rotae, in qua rotae fastigio quidam insidet, alter lateri rotae adhaeret, tertius cum impetu per rotam detruditur, quar-

tus a rota supprimitur et contunditur, quae figura indicat, quam uariis et interdum uiolentis fortunae casibus uita hominum saepius sit obnoxia. Volumen secundum manuscripti huius codicis translatum est per perfectum et completum Magistrum *Nicolas* de GONNESSE, Magistrum artium et Theologiae, iussu ducis de BERRY *et d'* AVVERGNE rogatu *Iaqvemin* COVRANSON, thesaurarii quondam Galliae. In uolumine secundo huius codicis nullae quidem, ut in primo uolumine conspiciuntur picturae; litterae tamen initiales librorum et capitum plerumque eiusdem sunt splendoris, quam in primo uolumine. Pertinuit etiam hic codex quondam ad familiam ducum Cliuensium, quod probant insignia huius familiae initio codicis appicta.

NB. 91 Qvince Curce en François, cum uariis pictis figuris.

Codex elegantissime scriptus, sine abbreuiationibus et ubique optime legendus. Est etiam codex Cliuensis, ut indicant insignia huius familiae, codici ab initio addita. Litterae librorum initiales artificiosissime uariis coloribus sunt pictae et auro ornatae. Litterae capitum initiales etiam coloribus et auro fulgent, sed non tam artificiose pictae sunt, quam litterae librorum initiales. Litterae praecipuarum paragraphorum initiales partim quidem coloribus, partim autem auro, sed leui arte et opera sunt ornatae. Distinguitur hic codex in 9. libros et singulis libris praemittitur figura, elegantissime picta, referens historiam

prae-

praecipuam, de qua in isto libro tractatur, et quaelibet librorum pagina initialis elegantissimo et artificiosissimo frondium opere, uariis coloribus et auro splendidissime exornatur. (Um jedes Anfange-Blat eines jeden Buchs ist das allerschönste Laubwerck, von mancherley, mit den schönsten Farben und Golde ausgezierten Blumen.) Nomen translatoris et annum, quo hic codex translatus fuit, nullibi reperire potui.

NB. 92. Thesaurus sapientiae cum ligatura rubri serici.

Codex litteris mediocribus ad lineas, infra ductas, eleganter scriptus, absque abbreuiationibus et commode legendus. Litterae librorum initiales elegantissime et artificiosissime uariis coloribus, praesertim rubro et caeruleo sunt pictae et auro exornatae. Litterae capitum initiales etiam auro sunt obductae et rubro atque caeruleo colore aliquo modo decoratae, sed non tanta arte, quanta litterae librorum initiales. Tituli singulorum librorum rubris litteris sunt exarati. Cuilibet libro elegantissime picta et auro artificiosissime exornata Figura praemittitur, et omnes figurae referunt doctorem quendam, in cathedra sedentem, et uel cum aliis doctoribus disputantem, uel auditores suos ex cathedra docentem. In prima figura picta translator summo cuidam doctori pontificio, abbati cuidam, uel Episcopo, in splendido folio sedenti, offert librum suum, siue translationem gallicam, nudo capite et genibus flexis. Quaelibet singulorum

libro-

librorum pagina initialis elegantissimo quoque frondium opere (mit schönen roth und blau gemahlten, auch reichlich vergoldeten Laubwerck) est exornata, praesertim libri 1. pagina initialis. Constat autem hic *thesaurus sapientiae* ex 4. libris. Magister BRVNETVS, *Florentinus*, hunc thesaurum sapientiae primum latino sermone conscripsit, ut ab initio huius codicis indicatur; sed quis sit auctor gallicae uersionis ex toto hoc codice cognoscere non potui. Fuit itidem hic codex quondam in serenissima ducum Cliuensium familia, ut docent insignia huius familiae, initio codicis appicta, et sub finem codicis ipse dux Cliuensis PHILIPPVS propria manu inscripsit nomen suum *Philippe* de CLIVIS.

93 ARISTOTELIS libri 8. Politici, ex graeco in latinum sermonem translati, cum glossa et uariis pictis figuris in ligatura, nigro serico obducta.

2) Oeconomicus liber ARISTOTELIS, in sermonem gallicum translatus, et in 2. libellos diuisus est. Primus libellus continet 7. secundus 8. capita, et textui gallico ubique statim, et immediate subiunctae sunt glossae gallicae, textum explicantes, quae semper a textu uoce rubra *Glosse* distinguuntur. Verba textus autem a glossis appositis separantur per additam, et itidem litteris rubris exaratam uocem *Texte*.

Codex eleganter litteris mediocribus scriptus, absque abbreuiationibus, et ubique commode legendus. Litterae singulorum librorum initiales

les caeruleo et rubro colore, nec non auro artificiosissime sunt pictae et exornatae. Pagina 1. huius codicis elegantissimo frondium opere, uariis coloribus et auro artificiosissime est exornata (mit dem schönsten gemahlten und vergoldeten Laubwerck). Ceterorum autem librorum paginae initiales in uno tantum latere eiusmodi frondium ornatum habent. Singulis libris praemittitur figura, elegantissime picta, statum politicum et domesticum, uel actiones politicas illustrans. Inter has figuras, figura, libro 8. praemissa exhibet aliquem praestigiatorem, qui incudem pectori imponit; ex qua figura apparet, iam illo tempore hoc praestigiatorum genus in usu et cognitum fuisse. Fini huius codicis sequens uersus est appositus: *Finis adest huic operi, quem scriptor gaudet haberi.* Sed nullibi uel translatoris, uel scriptoris nomen, aut translationis annum reperire potui.

Diuisio capitum Aristotelica a translatore gallico non ubique seruatur, uerum quandoque unum caput ARISTOTELIS a translatore in duo, et plura capita diuiditur e. g. Primus liber Oeconomicorum apud ARISTOTELEM continet capita 13. in translatione autem gallica capita 18. Liber 2. apud ARISTOTELEM complectitur capita 12. in translatione gallica capita 22. et sic in uariis aliis locis magna in diuisione textus Aristotelici et translatione gallica animaduertitur differentia.

Prima pagina libri oeconomici Aristotelis elegantissimo frondium opere, uariis coloribus et auro artifi-

artificiosissime est exornata. Initio huius libri praemissa est tabula, eleganter picta, quae sine dubio repraesentare debet statum herilem, matrimonialem et seruilem. Diuisio capitum in hoc libro apud Aristotelem, et in translatione gallica etiam ualde differt e. g. Primus liber huius libri oeconomici in translatione gallica continet capita 7. apud Aristotelem uero capita 10. Textui Aristotelis semper subiiciuntur glossae translatoris gallici, et uerba glossarum semper a uerbis textus separantur per adiectas et rubris litteris consignatas uoces *Texte* et *Gloſe*. Litterae capitum et periodorum praecipuarum eleganter rubro et caeruleo colore sunt pictae. Omnia mediocribus litteris ad lineas infra ductas, et sine abbreuiationibus scripta sunt, atque commode ubique legi possunt. Pertinuit etiam hic codex quondam ad familiam ducum Cliuensium, ut docent insignia huius familiae serenissimae, initio codicis appicta.

94 Histoire de GILION de *Trasignyes* et Dame MARIE sa femme.

Codex eleganter litteris mediocribus, ad lineas, infra ductas, sine abbreuiationibus scriptus, et ubique optime legendus. Eques autem GILION *Trasignyes*, cum duabus uxoribus suis, quarum una fuit Sultanis Babiloniae filia, medius inter illas sepultus est in comitatu Hennegauiensi (*Haynnau*) in abbatia Oliuensi, per quem comitatum proficiscens auctor translationis gallicae, et ibidem in dicto monasterio deprehendens 3. tumulos, GILIONI et eius uxoribus exstru-

exſtructos, occaſionem exinde ſumſit, accuratius apud abbatem et monachos monaſterii Oliuenſis inquirendi, quaenam fuiſſent hae perſonae, quibus tam illuſtres in hoc monaſterio exſtructi eſſent tumuli. Abbas ipſi, talia quaerenti, per quendam iſtius monaſterii monaſterii monachum afferendum iuſſit libellum, in charta pergamena litteris antiquisſimis conſignatum et ualde obſcurum, italice exaratum. Auctor igitur gallicae translationis perlecto hoc libello animaduertens argumentum egregium et miſeratione dignum(*piteable*) in illo tractari, ſuſcepit laborem transferendi huius in linguam gallicam libri, ut ipſe haec narrat in prooemio, huic translationi praefixo. Fuit etiam olim hic codex PHILIPPI, ducis Cliuenſis, qui ſub finem codicis ſua manu nomen ſuum inſcripſit *Philippe* de CLIVIS, et initio codicis appicta ſunt inſignia Cliuenſia. Translatoris gallici nomen et translati libri annum nullibi expreſſum deprehendi.

5. 96 *Ioh.* BOCCACIVS de caſibus et ruinis nobilium uirorum et feminarum, en François, partes 2, membranae impreſſae.

Haec duo uolumina non ſunt manu ſcripta, ſed typis impreſſa *Pariſiis* apud *Ioh.* du PRE NB. anno 1483. die 26. Febr. et quidem elegantiſſime ſunt impreſſa haec uolumina, adeo ut elegantiorem librum, typis impreſſum, me unquam uidiſſe non meminerim. Litterae tales ſunt, ut illas potius elegantiſſime ſcriptas, quam typis impreſſas putares. Transtulit autem hunc librum ex textu BOCCACII latino in ſermonem galli-

gallicum accurate et stricte honorabilis uir et prudens magister *Laurentius* de *Premierfait*, Secretarius potentissimi et maxime uenerabilis principis, IOHANNIS, filii regis Franciae, antea ducis *de Berry* et *d' Auvergne*, et confecta est haec translatio gallica die 15. April anno 1409. uti hoc indicatur in clausula partis 2. operis BOCCACII. Omnibus linearum seriebus impressis subtilissima rubri coloris linea, nescio, quem in finem, est subducta, nisi aequalitatem in distantia linearum hoc modo commodissime obtentam dicere uelis. Pleraeque initiales capitum litterae auro sunt obductae. Ceterae rubro et caeruleo colore eleganter et artificiose pictae. Totum BOCCACII opus 9. libris constat. Prima pars translationis gallicae continet 5. libros, altera 4. Primae huius operis parti praemittitur tabula, elegantissime atque artificiosissime, uariis coloribus picta, et auro splendidissime ornata, repraesentans imaginem regis, in splendido solio regio sedentis, multis aulae ministris et satellitibus stipati, coronam auream in capite gestantis et sceptrum aureum dextra tenentis, cui regi auctor (sine dubio translationis gallicae) nudo capite et genibus flexis offert librum suum. Tota haec pagina ab omnibus lateribus, splendidissimo frondium opere, uariis coloribus et auro artificiosissime picto, est exornata. Sequens pagina ab unoquoque latere elegantissimo tali frondium opere (mit dem schönsten gemahlten und vergoldeten Laubwerck) est insignita et decorata. Cuilibet libro (quorum 9. sunt) huius operis, praemissa est figura, elegantissime picta et au-

et auro ornata, plerumque respiciens illam historiam, quae in primo singulorum librorum capite pertractatur, et omnia figurae latera elegantissimo frondium opere, uariis coloribus egregiis et aureis ornamentis picto, undique cinguntur. Pertinuerunt etiam haec uolumina quondam ad familiam sereniſſimam ducum Cliuensium, ut horum ducum insignia, ab initio ambobus codicibus appicta, testantur.

NB. NB. 97. 98 Biblia gallica ingentis molis et formae regalis, membranae inscripta, cum commentariis, uel Gloſſis gallicis, quae textum biblicum illustrant, nec non cum multis egregiis figuris, artificioſiſſime pictis et auro ornatis, quae repraesentant hiſtorias biblicas, innumerisque litteris initialibus inauratis et maxima arte pictis, excellunt haec duo Volumina.

Opus inter codices Bibliothecae noſtrae manuſcriptos uaſtisſimum, pretioſisſimum pariter atque elegantisſimum, in quo exarando multos ſcriptores et codicum manuſcriptorum exornatores occupatos fuiſſe neceſſe eſt, quia unus uel alter ſcriptor tam uaſtum opus uix per multorum annorum ſpatium ſcribendo et exornando abſoluere potuiſſet. Litteris grandioribus et quidem elegantisſime ſcripta ſunt duo haec Bibliorum uolumina ad lineas, rubro colore infra ſubtiliſſime ductas, et omnia optime legi poſſunt, quia ſine abbreuiationibus et diſtincte quaelibet exarata ſunt. Litterae librorum biblicorum initiales praeſtantisſimis coloribus pictae et auro artifi-

ciosissime exornatae sunt. Litterae itidem capitum initiales eodem fere modo ornatae, sed non tanta arte, nec tanto splendore, quanto singulorum librorum litterae initiales. Litterae etiam periodorum fere singularum ornatu colorum uariorum et auri coruscant. Textui biblico statim et immediate subiiciuntur glossae gallicae, interdum breuiores, interdum longiores. Singulis capitibus additur historia, quae capitis praecedentis contenta et argumentum aliquo modo illustrat, interdum etiam adiecta sunt exempla, ad hoc argumentum illustrandum pertinentia. Omnia autem accurate a se inuicem distinguuntur e. g. Verbis textus additur uox, rubris litteris scripta *Texte;* Verbis glossarum itidem uox rubra *Gloſe;* iis uerbis, quae obiter et ὡς ἐν παρόδῳ inseruntur, uox rubri coloris *Incident*, et Exemplis historicis insertis, uox rubris litteris consignata *Exemple* apposita est. Argumentum singulorum capitum ab initio cuiusuis capitis rubris litteris indicatur. Capita quidem per numeros non distinguuntur, attamen inseritur signum distinctionis, hoc fere modo expressum ▭ coloribus et auro ornatum, ex quo cognosci potest, ubi sint capitum initia. Stilus et scribendi ratio in his duobus uoluminibus ad morem dicendi scribendique Gallorum antiquum accommodata sunt, ideoque non ubiuis sensus uerborum adeo commode percipi et intelligi potest. Singulis libris biblicis elegantissima figura, uariis coloribus et auro picta praemittitur, quam oculi non satis admirari possunt. Liber

Gene-

Geneseos continet 17. figuras, magnitudine libri octauae, uel quartae formae, elegantissime, artificiosissime, et splendidissime pictas, atque auro largiter exornatas, quae figurae uarias historias biblicas repraesentant. Liber *Exodi* 8. figuras, eadem arte pictas, Liber *Leuitic.* 2. Liber *Numeror.* 14. *Deuteron.* 1. Liber *Iosuae* 8. Liber *Iudicum* 13. Liber *Ruth* 1. Liber 1 *Sam.* 19. Liber 2 *Sam.* 18. Liber 1 *Regum* 10. Liber 2. *Reg.* 8. figuras eiusmodi artificiosissime pictas exhibet. Sub finem libri 2 Regum auctor translationis gallicae monet, statim post hunc secundum librum regum sequi debere librum *Tobiae*, secundum ordinem historicum et chronologicum, sed se praemisisse initium et finem libri *Iobi* et *prouerbia Salomonis*, propterea quod hi libri in Bibliis antecedant librum Tobiae, et non sint libri historici, sed se praemisisse hos libros propter eorum excellentiam et utilitatem. Sequitur itaque *liber Iobi*, qui comprehendit 1 figuram, itidem ut praecedentes, elegantissime pictam. *Liber Psalmorum* elegantissimam quoque figuram pictam suppeditat, deinde sequitur *Ecclesiastes* et *Canticum Canticorum*, quibus libris historicis nullae pictae figurae sunt praemissae. Finem primi huius Bibliorum uoluminis claudit *Liber sapientiae*, cui itidem elegantissima et splendidissima tabula picta praemittitur.

Initium uoluminis secundi horum Bibliorum ex translatione gallica constituunt *Prouerbia Salomonis*, et prima eiusdem uoluminis pagina exhibet tabulam elegantissime pictam, omniaque hu-

ius paginae initialis latera splendidissimo et elegantissimo frondium opere, praestantissimis coloribus, intermixtis frequentissimis aureis ornamentis, ad excitandam maximam contemplantium admirationem aptissimis exornata conspiciuntur. Sequitur *Ecclesiasticus*, siue *liber Syracidis*, cui etiam elegantissima figura picta, coloribus eximiis et auro ornata, praemissa est. Deinde comparet *liber Tobiae*, qui 7. elegantissimis figuris pictis est condecoratus. Sequuntur quaedam *excerpta biblica* e. g. de morte Godoliae secundum Biblia, it. de Iudaeis, post mortem Ieremiae in Aegyptum abeuntibus, et haec excerpta biblica explent 4. folia et continent 3. figuras, elegantissime pictas. Deinde legitur tractatio *de morte Ezechielis*, et alia excerpta ex propheta Ezechiele, et illis itidem elegantissima figura picta praemittitur; postea describuntur *10. uisiones Ezechielis*. Sequitur porro *historia et liberatio Susannae*, et eius fatum per 3. elegantissimas figuras pictas repraesentatur. Post haec de Bele et dracone babylonico agitur, et historia haec per tabulam, eleganter pictam, exhibetur. Sequitur Historia de *Habacuco*, propheta, Danieli, in foueam leonum coniecto, pultem afferente, et haec historia etiam per tabulam, nitidissime pictam, repraesentatur. Deinde legitur *historia de rege Cyro*, cuius educatio et lactatio per canem, figura quadam, elegantissime picta, exhibetur. Posthaec suppeditatur *historia de restaurato templo Hierosolymitano*, cui tractationi itidem figura elegantissime picta praemittitur. Deinde incipit

cipit Liber *Iudith*, cuius initium excellenti quadam tabula picta similiter, quam praecedentes libri, exornatum est, et praeterea hic liber 6. alias adhuc elegantissimas figuras pictas continet. Librum *Iudith* excipit liber *Esther*, cui etiam excellentissima figura picta praemissa est, et in ipso libro duae adhuc aliae elegantes figurae pictae reperiuntur. Hunc librum sequitur liber 1. Maccabaeorum, ab initio quoque admirandam tabulam pictam exhibens, et in medio 3. adhuc alias figuras, eleganter pictas, continens. Libri 2. *Maccabaeorum* initium splendidissima quoque, et multo auro artificiosissime picta, cum 4. insignibus figura exornat. In ipso libro occurrunt etiam 2. elegantes figurae pictae. Sequuntur deinde uaria excerpta biblica ex N. T. et praecipue ex 4. Euangeliis e. g. de conceptione S. IOHANNIS, *Baptistae*, cui Historiae etiam tabula, eximie picta, praemissa est. Excerptis istis biblicis uariae quaestiones, historiam biblicam illustrantes, immiscentur. Post haec excerpta collocata est *Apocalypsis Iohannis*, et ab initio huius Apocalypseos, conspicitur tabula, itidem, ut uariae aliae praecedentes, elegantissime et artificiosissime picta, atque auro splendidissime exornata, quae tabula picta repraesentat Iohannem, in insula Patmo sedentem, et librum Apocalypseos conscribentem, quatuor extremis huius tabulae partibus appicta sunt 4. Euangelistarum insignia, nimirum imago alati leonis, Symbolum Euangelistae *S. Marci*, imago alati bouis, symbolum *S. Lucae*, Euangelistae, etc. Se-

quitur *liber Iesaiae*, prophetae, ab initio quoque elegantissima figura picta, splendidior redditus. Deinde exhibetur *liber prophetae Iheremiae*, simili splendidissima figura picta ab initio exornatus. *Lamentationes prophetae Iheremie*, quae immediate eius uaticinio subiunctae sunt, etiam ab initio elegantissimam figuram pictam praeferunt. *Liber Baruch* similem splendidissimam tabulam pictam, ab initio conspicuam, exhibet. *Liber Ezechielis*, prophetae, qui statim excipit librum Baruchi, tabula, non minori arte, quam tabulae, antea indicatae, picta ab initio superbit. Post hunc comparet *liber Danielis* prophetae, egregia quoque tabula picta in fronte libri condecoratus, it. *Liber prophetae Oseae*, simili figura, elegantissime picta, ab initio exornatus, it. Liber *prophetae Ioelis* praestantissimam quoque figuram pictam habet praefixam. it *Liber prophetae Amosi* similem figuram pictam egregiam. it. *Libro prophetae Obadiae* elegantissima quoque figura picta praemissa est; it. *Libro prophetae Ionae; Libro prophetae Michae; Libro prophetae Nahumi; Libro prophetae Habacuci; Libro prophetae Zephaniae; Libro prophetae Haggai* nulla figura picta, et ne quidem peculiaris titulus praemissus est, *Libro* autem *prophetae Zachariae* itidem figura, elegantissime picta, praefixa. Vltimo prophetae *Malachiae* libro figura picta non praemittitur et ne peculiaris quidem titulus, sed *liber Malachiae* cum *libro Zachariae* in unum quasi librum contrahitur. Ceterum eadem de hoc secundo Bi-

bliorum

bliorum gallicorum uolumine, ratione scripturae, litterarum initialium et aliorum ornamentorum notanda sunt, quae iam de primo horum Bibliorum uolumine paullo ante ab initio huius numeri monuimus. Numerus autem figurarum, elegantissime et artificiosissime pictarum, atque auro splendidissime exornatarum, in primo uasti huius operis Biblici, gallico sermone conscripti et exarati, uolumine est 122. In secundo uolumine 55. figuras tales, elegantissime et artificiosissime pictas inueni.

Ambo haecce Bibliorum gallicorum uolumina fuerunt olim *Caroli* de CROY, comitis *de* CHIMAY, uti hoc cognosci potest ex primi horum Bibliorum uoluminis fine, ubi manu sua testatur iste comes, se esse huius codicis possessorem, sequentia enim huic uolumini inscripsit: *C'est le premier volume de la bible, dont il en ya deux - - Lequel est a Monf. Charles* de CROY, (*a*) *comte de* CHIMAY.

(*a*) Hic CAROLVS ille est, qui adolescentiam CAROLI V. Aug. gubernauit. Testis GVILIELMVS ZENOCARVS a Scauwenburgo *de republica, uita, moribus etc. Caroli* V. *L. I. p. 33.* Edit. *Gandauenfis* in f. *Carolus a Croia Symay Princeps, et ipse hanc primam pueri aetatem administrabat.*

Libri Musici, ex Bibliotheca electorali, partim membranis, partim chartae inscripti, in Folio.

) Liber Cantionum, quas uocant Missas, in grandi et maxime regali forma, duabus

clausuris, laminis et umbilicis aliquot aeneis munitus, insignes quoque picturas insertas referens.

e. g. Varia conspiciuntur in hoc libro cantionum insignia principum personarum, et aliarum familiarum illustrium; Occurrunt etiam in illo uaria effata *Ioh.* SCOTI, *Ieronymi* AESCVLANI, PETRI *Cretensis*, pro immaculata conceptione Mariae uirginis, cum imaginibus horum uirorum, qui talia effata protulerunt.

2) Psalterium Dauidis, iuxta ueterem translationem, una cum Antiphonis et Psalmorum tropis, in 7 partes ad numerum dierum unius hebdomadae digestum, et ad matutinas et uespertinas preces accommodatum, Wittebergae 1589. per *Matthaeum* LVDECVM, *Ecclesiae cathedralis Hauelbergensis Decanum* editum, et ibid. nimir. *Wittebergae*, impressum.

Vastum est hoc opus et notis musicis per omnia folia refertum.

3) Liber alius cantionum, membranae inscriptarum, in grandi forma, forulis quernis obtectus.

Ab initio conspicitur imago Mariae, infantem Iesum portantis in ulnis suis.

4) Missale aliud in simili fere forma et in membrana descriptum, insignes quoque picturas insertas continens.

Varia in hoc uolumine occurrunt nomina auctorum, qui haec, uel illa cantica composuerunt e.g.

e. g. *Josquin des* PRES, *Anthonius* de FEVIN, *Loyset* COMPERE etc.

5) Missale aliud, priori plane simile. Ab initio eleganter picta conspiciuntur insignia electoralia.

6) Alius Missarum, ut uocant, liber, similiter in membrana non sine picturis egregiis exaratus.

7) Similis Missarum liber in membrana, cum egregiis picturis et insignibus. Initio etiam appicta sunt insignia electoralia, et plerisque canticis adscriptum est nomen *Petri* de la RVE.

8) Missarum alius liber in membrana, similis superioribus praeter imagines, quas nullas habet.

9) Missarum liber alius in membrana, et in forma non ita grandi.

10) Adhuc unus Missarum liber in membrana.

11) Alius Missarum liber, aliquantulum corruptus.

Sequentes libri non sunt in membrana exarati, sed chartacei.

12) Missarum de uenerabili sacramento liber in fol.

13) Missa Heinrici Vzac, in fol.

14) Cantiones de B. Virgine et Communione Sanctorum, in fol.

15) Introitus de S. Andrea et aliis Sanctis, in fol.

16) Psalmi et responsoria in uigilias festorum praecipuorum.

17) Missarum alius liber in fol.

Omnes hi libri Cantionum, tam membranacei, quam chartacei, elegantibus litteris et notis musicis sunt scripti atque exarati.

18) Ein alt Meister-Gesang-Buch auf Pergament geschrieben in forma maxima, et ut ita dicam, maxime regia.

Litterae textus sunt grandiores, sed singulis paginis etiam subiiciuntur uersus germanici, minoribus litteris exarati. Insperſae etiam sunt notae musicae. Litterae initiales periodorum modo rubrae sunt, modo caeruleae passim. Ab initio legitur nomen Phonasci, qui forsitan hoc opus cantionum confecit, nimirum Meysser STOLLE.

19) Ein Meister-Gesangbuch in teutschen Versen über biblische Historien des alten und neuen Testaments. Exaratus est hic liber a *Valentino* VOGTIO, *ciue Magdeburgensi*, et dedicatus anno 1558. siue anno inaugurationis academiae Ienensis, tribus serenissimis fratribus et Saxoniae ducibus, IOH. FRIDERICO II, IOH. WILHELMO et IOH. FRIDERICO III. *iuniori*.

Vastum est hoc opus, magno labore confectum, et eleganter uariis coloribus, rubro, uiridi et nigro exaratum ab isto ipso, antea nominato, VOGTIO, qui in dedicatione huius uoluminis manuscripti uaria notabilia tradit de Historia Phonascorum (der Meister-Sänger) referens primum, Phonascorum ordinem originem suam

sumsisse

sumsisse sub imperatore OTTONE I. anno post Christum natum 960. et 4. primos Phonascos fuisse, dominum PITTEROLFFE, HOFFGART, SIGELER, et seniorem SIEGHARTVM, post hos exstitisse comitem de HELDERVNGK, *Petr.* ZEWINNGER, *Fridericum* de SCHVNENNBVRGK, comitem *Hermenn* de BARBVRGK, SITHERVM, Deinde recenset 12. Phonascos antiquos et 12. Phonascos Norimbergenses; Tandem sub finem dedicationis suae rogat a sereniſſimis his tribus fratribus, ut hunc librum suum manuscriptum in Bibliotheca sua reponi permitterent et iuberent; celeb. TENTZELIVS autem in den monatlichen Unterred. ad annum 1691. mense Nouembri p. 936-939. secundum ordinem alphabeticum collocauit Melodias, in hoc libro manuscripto occurrentes, et ab auctore indicatas e. g. Abgeschiden dohn Nunnenbegks; Abgeschiden dohn Conradts Nachtigals. Im bluendt dohn Heinrich Frauenlobs, bewerten dohn Hansen Sachssens, bluweiß Michel Lorentz etc. Indicat etiam, Melodiam istam, in hoc libro saepius allegatam, im langen Marner, denominationem suam habere a quodam uiro, der lange Marner dicto. Pleraeque Melodiae in hoc libro notis musicis sunt expressae. Sequitur Die Genealogia der Hertzoge zu Sachsen im clingenden Dohn Hansen Sachssens zu Nürnberg. 2) Lob des Gesanges im langen Wolfferan. 3) Das irste Buch Mose im Meister-Gesangk gesetzet, ubi notandum, quodlibet caput in peculiarem tonum phonasci cuiusdam transpositum esse, cuius phonasci nomen semper

adiectum

adiectum est 4) Index tonorum, a Phonascis usitatorum, ordine alphabetico cum adiectis notis 5) Postilla per certas Melodias, item Euangelia, quae diebus dominicis et festis explicantur, per Melodias. 6) Totum Psalterium, per Melodias Phonascorum expressum.

Codices MSti Membranacei et Chartacei Theologici ex Bibliotheca electorali in Quarto.

99 HVGO de *Claustralibus.*

Codex membranaceus ad lineas, infra ductas, litteris mediocribus satis eleganter, et absque multis abbreuiationibus scriptus, ita ut pleraque commode legi possint. Litterae tractationum rubrae, sed rudi Minerua pictae sunt. Circa finem codicis litterae rubrae etiam colore uiridi adhuc sunt ornatae, sed leui studio. Tituli singularum tractationum etiam rubris litteris sunt exarati. Codex multorum et diuersorum scriptorum manibus exaratus esse uidetur, nam litterae modo maiores, modo minores sunt. Atramentum quibusdam in locis satis nigrum est; in aliis ualde pallet. Continet hic codex uarios HVGONIS tractatus e. g. *de ordine et modo legendi, et de disciplinis; de karitate* etc. sub finem Codicis adiectum est epitaphium magistri HVGONIS, carmine elegiaco conscriptum.

100 Liber de Decretis sanctorum Pontificum, et de fide.

Codex membranaceus, litteris minoribus et mediocri

cri elegantia, paucis abbreuiationibus scriptus, ita ut ubique satis commode legi possit. Litterae decretorum initiales rubrae, sed leuissimo studio pictae sunt. Tituli decretorum etiam rubri. Litterae initiales librorum rubro colore paullo diligentius et maiori arte pictae sunt, quam litterae Decretorum initiales. Codex diuersorum manibus scriptus uidetur, quia litterae passim ualde uariant, et modo maiores, modo minores sunt. Fuit autem hic codex decretorum, ut in prima eius pagina indicatur, *Mariae in Mildenvorde.* Adiicitur etiam statim ab initio imprecatio litteraria contra istos, qui forte hunc librum furto ablaturi essent, his uerbis concepta: *Si quis abstulerit* (scil. hunc librum) *anathema sit.*

101 ALANVS de arte praedicandi.

Codex membranaceus, ab initio mutilus, * elegantissime ad lineas infra ductas, litteris mediocribus et paucissimis abbreuiationibus scriptus, ita ut ubique commode legi possit. Litterae capitum initiales rubro et uiridi colore, sed exigua arte pictae. Tituli capitum rubris litteris sunt exarati, totum autem hoc scriptum ex 49. capitibus constat.

* Deficiunt enim tota 7. capita priora, et initium capitis octaui.

102 Registrum alphabeticum in scripta LIRE (Lyrae) super Bibliam.

Codex chartaceus, uariis quidem abbreuiationibus, et litteris minoribus scriptus, sed plerumque tamen commode legi potest, quia manu scri-

scriptoris omnia distincte exarata sunt. Praemissus est index dictorum biblicorum, ex b. Thome scriptis collectorum, et in illis allegatorum, secundum ordinem librorum biblicorum V. et N. T. a libro Geneseos usque ad Apocalypsin. Interdum in hoc codice occurrunt litterae initiales rubrae, sed rudi admodum Minerua pictae.

2) Quottus(*a*) Epistolarum secundum ordinem Missalis, collectus et scriptus per *Conradum* FFABRI, ad instanciam honorabilis domini, *Thome* LEVSCHENER, flautoris et amici sui karissimi.

(*a*) i. e. Summa, uel Summarium. uid. *Caroli* du FRESNE *Glossarium mediae et infimae Latinitatis* sub uoce *Quota*.

3) Registrum alphabeticum super sermones S. BERNHARDI.

Hoc Registrum litteris minoribus, quam praecedens codex scriptum est, et difficilius legi potest, propter crebriores, quae in hoc scripto occurrunt abbreuiationes.

4) Tabula secundum ordinem alphabeticum super quartum librum sancti THOME.

Maioribus quidem litteris scriptum est hoc Registrum, quam praecedens; attamen propter multas abbreuiationes difficulter legi potest.

5) Registrum super omnes partes et scripta beati THOME, secundum ordinem Alphabeti.

Hoc Registrum uariis abbreuiationibus exaratum est, et difficulter ab attento etiam lectore legi poterit.

6) Re-

6) Regiſtrum ſuper Moralia beati GREGORII, ſecundum ordinem Alphabeti.

Eodem modo hoc Regiſtrum ſcriptum eſt, quo praecedens exaratum eſſe deprehendimus.

103 RICHARDVS de myſtica ſignificatione Patriarcharum.

Codex membranaceus, litteris mediocribus, ſatis eleganter ad lineas, infra ductas, ſcriptus; ſed uariae abbreuiationes, quae in hoc codice occurrunt, lectionem huius codicis difficilem reddunt. Litterae tractationum initiales rubrae, et paullo maiori ſtudio, quam in praecedentibus codicibus pictae, interdum etiam aliis coloribus, uiridi, flauo, et caeruleo ſunt exornatae. Tituli tractationum rubris litteris ſunt exarati.

2) Liber orationum, ſiue meditationum ANSELMI, *Archiepiſcopi.*

Hic tractatus eodem, quo praecedens tractatus, ſcriptus eſt modo, ſed paullo elegantius, et non tam multis, quam prior abbreuiationibus, ita ut pleraque commode legi poſſint. Orationibus hiſce, uel meditationibus praemittitur praelogion i.e. *Alloquium de doctrina* ANSELMI, *Archiepiſcopi.* Adſcriptae ſunt huic tractatui uariae notae marginales, ſed tam obſcuris et exiguis litterarum ductibus exaratae, ut a nemine fere legi poſſint.

3) Sermo de apoſtolis.

Hic tractatus minimis litteris ſcriptus eſt, et propter multas abbreuiationes admixtas, difficulter legi poteſt. Sub finem litteris paullo maioribus exaratus eſt hic tractatus, attamen ſimiliter propter multas abbreuiationes lectu eſt difficilis.

4) Sermo de omnibus ſanctis. Medio-

Mediocribus litteris scriptus est hic sermo, sed minus eleganter, et propter multas abbreuiationes difficulter legi potest. Circa finem diuersis iisque paullo elegantioribus manibus exaratus est idem sermo, et facilius legi potest, nec tam multas, quam ab initio, admixtas habet abbreuiationes.

5) PRVDENTIVS.

Liber, litteris minoribus et pallido atramento scriptus, multas etiam continet abbreuiationes, et difficulter legi potest. Litterae historiarum initiales rubrae sunt, sed leuissimo studio pictae, ut in praecedentibus duobus sermonibus.

104 INNOCENTII sermones.

Codex membranaceus, eleganter litteris mediocribus ad lineas, infra ductas, scriptus, attamen propter uarias admixtas abbreuiationes difficulter legi potest; litterae initiales rubrae, sed rudi Minerua pictae sunt. Praemittitur hisce sermonibus Prologus subsequentis operis, et index Sermonum in hoc codice, plures autem sermones in indice indicantur, quam re uera in ipso codice deprehendimus. Codex scilicet in fine est mutilus, et desinit cum sermone *de annunciatione Marie*. Sed in indice adhuc 27. sermones recensentur, qui desunt in hoc codice.

105 INNOCENTIVS de miseria uitae humanae, *codex chartaceus.*

Tractatus hic litteris mediocribus scriptus, et nullis picturae ornamentis decoratus est; nam quamuis litterae initiales rubro colore pictae sint, nullum tamen plane artificium in earum pictura con-

conſpicitur. Conſtat hic tractatus ex 29. capitibus. Tituli autem ſingulorum capitum paullo maioribus litteris, quam textus exarati ſunt. Crebriores in hoc tractatu reperiuntur abbreuiationes, ita ut difficulter textus legi poſſit. Tractatum ſuum auctor hoc ſuſpirio incepit: Ductrix ſit penne ſancta Maria mee, et ſequentem inſcriptionem addidit; *Domino patri kariſſimo petro dei gratia, Portuenſi epiſcopo Lotharius, indignus dyaconus cardinalis.*

2) Tractatus de uilitate humanae conditionis. Eodem modo ſcriptus eſt hic tractatus, ſed litteris paullo minoribus. Tituli capitum litteris rubris ſunt exarati. Multis etiam abbreuiationibus refertus eſt hic tractatus, ab attento tamen lectore plurima adhuc ſatis commode legi poſſunt.

3) Paradiſus animae.

4) Tractatus doctoris *Iacobi* CARTHVS, de contractibus reemptionum ad uitam, 1450. ſcriptus, *Nicolao* V. Pontifice.

Tractatus litteris minoribus et frequentiſſimis abbreuiationibus ſcriptus, ita ut difficillime legi poſſit.

5) AVGVSTINVS ad *Aurelium*, de opere Monachorum.

Tractatus, litteris minoribus membranae inſcriptus, et multis abbreuiationibus exaratus, quae abbreuiationes paullo difficiliorem huius tractatus lectionem reddunt. Fuit autem quondam hic tractatus *beate Marie in Mildenvord*, ut in fine huius ſcripti notatum reperimus.

6) Cardinalis, *Nicol.* de CVSA *de docta ignora*
tia.

Litteris minimis et frequentissimis abbreuiation
bus scripta est haec tractatio, et difficillime le
gi potest; sub finem uero aliquo modo facili
legitur et maioribus litteris, neque tam fre
quentibus abbreuiationibus est exarata.

7) Glossa eiusdem libri.

Glossa eodem modo litteris minimis et multis ab
breuiationibus est scripta, et uix ac ne uix qu
dem legenda.

NB. 8) Speculum b. BERNHARDI, abbatis, de ho
nestate uitae.

Impressus est hic tractatus, et annus impression
1476. manu cuiusdam adscriptus.

9) Eiusd. BERNHARDI sermo super Psalmum
Afferte Domino filii domini, multum ualens a
nouicios, descriptus 1477. in 6ta assumtion
Marie in monasterio *Mildenford.*

Litteris mediocribus, et non adeo multis abbre
uiationibus scriptus, ita ut satis commode hi
sermo legi possit.

10) CHRYSOSTOMVS de eo, quod nemo laedi
tur, nisi a se ipso.

Litteris mediocribus exarata est haec tractatio
et multis abbreuiationibus, per quas lectio hu
ius scripti paullo fit difficilior.

11) Testamentum XII. Patriarcharum.

Litteris minimis conscriptum est hoc testamentu
et tam multis abbreuiationibus, ut uix a quo
quam legi queat.

12) ALBERTANI, *Causidici Brixo-Cliuensis* d
hor

hora ſancte Agate liber *de doctrina dicendi et tacendi*, compoſitus et compilatus ſub anno domini. 1245.

Pallido atramento, et litteris mediocribus ad lineas, infra ductas, ſcriptus eſt hic liber, ſed paucisſimas continet abbreuiationes, ita ut omnia ſatis commode legi poſſint.

13) Rithmus domini *Petri* DAMIANI, *epiſcopi et Cardinalis* et GEREMIK *de omnibus ordinibus.*

Verſibus leoninis (oder lateiniſchen Reim-Verſen) hi rhythmi concepti, et litteris minoribus atque multis abbreuiationibus ſcripti ſunt circa finem, ita ut difficulter pleraeque uoces legi queant; ſed ab initio litterae maiores, et etiam nullae fere admixtae abbreuiationes, ita ut initium huius Rhythmi lectu ſit longe facilius. Sub finem Rhythmi ſequentia uerba adiecta ſunt: *Non eſt Petrus Damiani, qui fecit ſermones et ſcripſit ſuper uetus teſtamentum, fecit unum librum, qui dicitur gomorreon, de quo plura allegantur in malagranato.*

14) Libellus hyſagogicus *Auguſtini* DACII, *Senenſis, oratoris eximii*, ſiue eiusdem Rhetorica (uti ſub finem huius tractatus uocatur) ad *Andream*, filium *Chriſtoffori.*

Litteris minoribus ſcriptus eſt hic libellus, multis abbreuiationibus et obſcuris litterarum ductibus, ita ut pleraque difficillime legi poſſint. Additae ſunt uariae obſeruationes marginales, litteris minimis exaratae et adhuc difficilius, quam textus, legendae.

15) Speculum humanae ſaluationis.

Hoc ſpeculum uerſibus latinis, in fine homoſylla bis (oder die ſich am Ende reimen) exaratum multis abbreuiationibus, litteris mediocribus ſcriptum eſt, et difficulter legi poteſt. Tituli ſingulis tractationibus praemiſſi, rubro colore ſcripti ſunt, item litterae tractationum initiales rubrae conſpiciuntur. Agit autem hoc ſpeculum humanae ſaluationis potiſſimum de Hiſtoriis ueteris et noui teſtamenti, ſed nullo ordine ſeruato, inſeruntur etiam multoties uariae aliae tractationes, uerſibus eiusmodi homoſyllabis conſcriptae, quae tractationes neque ad uetus neque ad nouum teſtamentum pertinent. In fine huius ſpeculi leguntur ſequentia. *Liber beate Marie, Viti ſanctique Livini in Mildeford* 1480.

16) Compendium, nouae compilationis, quae dicitur *ſpeculum humanae ſaluationis.*

Hoc compendium etiam uerſibus homoſyllabis (Reim-Verſen) litteris minimis et multis abbreuiationibus eſt conſcriptum, et difficulter uoces legi poſſunt.

17 Sermo factus in die Veneris ſancta in Concilio Baſileenſi, per quendam fratrem Minorum de Obſeruantia.

Sermo hic ſcriptus eſt litteris mediocribus, non adeo multis abbreuiationibus, et attentus lector pleraque absque difficili negotio legere poterit, in fine hic ſermo eſt mutilus.

18) LAVRENTII, *Epiſcopi Ferrarienſis, legati ſedis apoſtolicae per uniuerſam Germaniam* decreta contra Huſſitas et *Georg.* de BODIEBRANT in Bohemia.

Haec

Haec, quae subsequuntur statim, decreta, ab *Heynrico* LEBENTHER, *Clerico Herbipolensis dioeceseos publico* et LAVRENCII, *Episcopi Ferrarienſis, Referendarii datarii et Legati* Scriba atque Secretario, apostolica auctoritate, publicata sunt.

19) Tractatus de mistica uestitus sacerdotalium significatione.

Hic Tractatus litteris mediocribus exaratus est, et multas continet abbreuiationes, ob quas difficulter legi potest.

106 BEDA super epistolas canonicas, codex membranaceus.

Incipit hoc manuscriptum cum expositione epistolae Iacobi, deinde sequitur expositio 2. epistolarum Petri, trium Iohannis et unicae epistolae Iudae. Pleraque eleganter et sine multis abbreuiationibus scripta sunt litteris minoribus, et haud difficili negotio legi possunt. Circa finem uero abbreuiationes frequentiores sunt, quam ab initio et in medio.

107 IVONIS, *episcopi Carnotenſis*, epistolae in membrana.

Codex elegantissime, litteris mediocribus, ad lineas, infra ductas, scriptus, paucis abbreuiationibus admixtis, et uoces ubique optime legi possunt. Praemittitur index argumentorum, quae in 43. epistolis *Iuonis* pertractantur. Deinde sequitur epistola VRBANI pontificis ad RICHERIVM, *Senonenſem Archiepiscopum*, in qua meminit, ecclesiam nuper pro GAVFRIDO, *episcopo Carnotenſi*, multas sustinuisse molestias, et frequentes

contra hunc episcopum ad apostolicam sedem perlatas esse querelas. GAVFRIDVM tandem, rei ueritate diligentius perquisita, episcopatu refutatum, et ad RICHERIVM rei gestę ordinem a pontifice perscriptum esse, flagitante pontifice, ut RICHERIVS suum *Carnotensibus* ad eligendum, et consecrandum antistitem auxilium contribueret. Pontificis deinde licentia fultos *Carnotenses* uenerabilem presbyterum *Iuonem*, canonico ordine in episcopum consecrasse. Cum autem a RICHERIO consecrationis gratiam pro more ecclesię petiuissent *Carnotenses*, RICHERIVM recusasse manum imponere *Iuoni*. Pontifex deinde indicat, uenientibus ad eum *Carnotensibus*, et consecrationis eiusdem gratiam deposcentibus, se, quia uiri IVONIS religionem dudum nouerit, et eius eligendi licentiam dederit, petitioni iuste deesse nequiuisse. Consecratum ergo eum, salua ecclesię RICHERII obedientia, remittit pontifex, et a RICHERIO postulat, ut omnis fomite litis consopito, benignitate debita IVONEM complectatur et ad ecclesię regimen auxilium suum ei largiatur. Porro GAVFRIDVM, si episcopatum reinuadere, aut ecclesiam infestare temptauerit, ipsum ipsiusque fautores anathemati subiacere decreuit pontifex. Data est haec pontificis VRBANI ad RICHERIVM, *Senonensem archiepiscopum*, epistola *Capue* VII Kal. Decembr.

Sequuntur ipsae IVONIS, *Carnotensis episcopi*, epistolae, quae longe plures sunt, quam quae in praefixo argumentorum epistolicorum catalogo

logo indicantur, nam hic catalogus recenſet tantum argumenta 44. epiſtolarum, in hoc autem codice ultra 200. epiſtolae IVONIS continentur.

2) Gemma animae.

Hic liber litteris mediocribus, et ſine multis abbreuiationibus etiam membranae eleganter inſcriptus eſt, et haud difficulter pleraque legi poſſunt. Tituli et litterae initiales ſingularum tractationum rubro colore ſunt exarati. Continet autem hic codex, (qui conſtituit dimidium uoluminis) uaria argumenta moralia et eccleſiaſtica. Agitur nimirum in illo *de uariis ſacris ordinibus* e. g. *de Diaconis*, *Acolitis* etc. *de Miſſa*, *locis et ueſtibus*, *nec non ritibus ſacris*, *dominicis diebus* et ſimilibus argumentis. Primae huius libri paginae ſequentia uerba ſubſcripta ſunt: *Gemma anime ſancte Marie uirginis ſanctique Virginii in Mildenuorde. Si quis abſtulerit anathema ſit.* De titulo autem, huic libro impoſito, auctor talem ſuppeditat in fine prefationis rationem, ſcribens: Ob hanc cauſam, ut iuſſiſtis libellum de diuinis officiis edidi, cui nomen *gemma animae* indidi, quod uidelicet ueluti aurum gemma ornatur, ſic anima diuino officio decoratur.

108 Bulla INNOCENTII, *manuſcriptum membranaceum.*

Huic manuſcripto codici tributus eſt titulus: *Bulla Innocentii*; ſed in ipſo manuſcripto hoc codice nullibi nomen *Innocentii*, uel *Bullae* deprehendere potui. Tractat autem hic libellus manuſcriptus de uariis argumentis theologicis et eccle-

siasticis e. g. *de Missa, de uitiis moralibus, poenis ecclesiasticis* etc. Codex hic litteris minimis ad lineas infra ductas eleganter quidem, sed innumeris abbreuiationibus et obscuris litterarum ductibus scriptus, ideoque difficillime legendus est. Tituli tractationum rubro colore sunt scripti, uti et litterae initiales. In fine hoc scriptum mutilum est.

Codices manuscripti Iuridici, membranacei et chartacei, ex Bibliotheca electorali in Quarto.

109 Summa iuris canonici fratris HEINRICI de msbvc (forsitan *mersburg*) per fratrem *Heinricum* DEWI, *lectorem erphordensem* et fratrem LVDOLFVM, *lectorem magdeburgensem* correcta, cum additionibus fratris BALDEWINI de *Brandenburgc.* Quod nomen legitur in fine libri quinti huius summae. Codex eleganter ad lineas infra ductas litteris mediocribus scriptus; Abbreuiationes in hoc codice sunt frequentissimae, uoces uero plerumque non adeo difficili negotio legi possunt. Litterae librorum initiales rubro et caeruleo colore studiose sunt pictae. Litterae autem capitum initiales modo rubro, modo caeruleo colore plerumque alternatim exaratae et rudi Minerua confectae sunt. Constat haec Summa iuris canonici ex 5. libris et cuilibet libro praemittitur index argumentorum, in singulis capitibus pertractatorum. Primus liber constat ex 43.

Secun-

Secundus ex 30. Tertius ex 49. Quartus ex 21. Quintus ex 41. capitibus. Deinde sequitur apparatus ad hanc summam, illustrans singula quinque librorum Summae huius iuris capita. Margini passim adiectas deprehendimus uarias annotationes, eleganter quidem scriptas, sed ob nimias abbreuiationes difficulter legendas. Hae annotationes sine dubio additae sunt per BALDEWINVM *de Brandenburge*, cuius additiones memorantur in fine libri 5. huius summae.

110 Doctoris *Petri* RAVENNATIS (*a*) Compendium iuris ciuilis, *codex chartaceus.*

Elegantissime scriptus est hic codex et sine ullis abbreuiationibus, nisi quod figura Ω saepius ponatur pro m. Codex igitur hic propter elegantem, qua scriptus est, manum, maxima cum oblectatione legitur.

In fine huius codicis *Petrus* RAVENNAS quosdam uersus ad illustrissimum principem FOEDERICVM, *Saxonie ducem et electorem imperii* dignissimum, adiecit, qui sic sonant:

Hoc opus exegi, iuuenes, quod tempore paruo
Instruet, et legum nunc leue pondus erit.
Hoc tibi nam studium iuris placet inclyte princeps
Committo certe, te duce, maius erit.
Illius et semper doctus sit lector in urbe:
Quilibet audito munere doctus erit.
Gratulor o princeps uestris bona tanta dediste:
Si possem credas plura daturus eram.
Non timuit PETRVS magnos perferre labores:
Vt posset tanto complacuisse uiro.

Exteriori huius libri faciei litteris maioribus, siue, ut uocant, capitalibus, inscripta sunt uerba sequentia: *Compendium iuris ciuilis pro illustrissimo principe Foederico Electore*, quae uerba indicant, hunc codicem manuscriptum uel ab ipso *Petro* RAVENNATE, FRIDERICO electori oblatum, uel ab hoc electore hunc codicem pro libro manuali ad quotidianos fere usus usurpatum esse, uel utrumque simul locum habere potest, ideoque notatu dignior hic codex propter duplicem istam rationem redditur.

(a) *Memoria patrum et auorum*, inquit *Ludou.* VIVES lib. 4. *de causis corrupt. art.* p. 159. *coeptum est in Italia reuocari studium linguarum per discipulos Petri* RAVENNATIS, *Latini*, et *Emanuelis* CHRYSOLORAE, *Graeci*. Raram esse apud historicos de illo *Petro* RAVENNATE mentionem docet celeb. HEVMANNVS *in conspectu reipublicae litterariae* cap. 4. §. 47. p. m. 134. not. (m) et ad pleniorem de hoc *Petro* RAVENNATE notitiam adipiscendam, remittit ad GESNERI *Bibliothecam*, OLEARII *Bibliothecam eccleſiaſticam* Tom. II. p. 117. SEELENIVM in *Selectis litterariis* p. 678. sq. et SCHELHORNIVM *in amoenitatibus litterariis* Tom. XI. p. 16. sq. Non contemnenda etiam l. c. uidetur celeb. HEVMANNO celeb. KAPPII, *Profeſſ. Lipſ.* opinio, in §. 6. dissertationis suae de *Xiccone Polentono*, censentis, *Ludou.* VIVEM l. c. non *Petrum*, sed *Iohannem* RAVENNATENSEM scribere debuisse. Certe fuisse hunc *Iohannem* RAVENNATENSEM in primis litterarum instauratoribus Italiae luculentis grauibusque KAPPIVS in diss. cit. docet testimoniis.

111 Gloſſae in 5. libros Decretalium.

Codex elegantissime litteris minoribus exaratus.

Frequen-

Frequentes in hoc codice occurrunt abbreuiationes, quae lectionem istius ualde difficilem reddunt. Tituli singularum tractationum, et litterae initiales rubro colore exaratae sunt, uel caeruleo, et leuia quaedam coloris rubri et caerulei ornamenta ab initio cuiuslibet tractationis conspiciuntur. Litterae autem initiales quinque librorum decretalium elegantissime et artificiosissime uariis coloribus, nimirum rubro, caeruleo, uiridi, et flauo sunt pictae, praesertim ab initio libri 3. 4. et 5.

112 V. Libri Decretalium, *codex membranaceus.*

Hi libri 5. Decretalium etiam elegantissime sunt scripti litteris minoribus ad lineas infra ductas, cum multis abbreuiationibus, attamen pleraque ab attento et sagace lectore legi possunt. Quaelibet pagina uariis ornamentis coloris rubri et caerulei ornata. Litterae titulorum et periodorum etiam rubro et caeruleo colore alternatim sunt pictae. Littera initialis singulorum librorum repraesentat imaginem uiri, ut uidetur GREGORII, qui librum sinistra manu tenet. In margine passim uariae notae, sed obscurisimis litterarum ductibus exaratae, additae sunt, et a nemine, credo, prorsus legi possunt. In fine adhaerent Rubricae omnium librorum decretalium.

113 Digitus Decreti, *codex chartaceus.*

Hic liber pallido atramento, obscuris litterarum ductibus, litteris mediocribus et multis abbreuiationibus scriptus est, et difficulter legi potest. In fine libri auctor sequentia annotauit: *Sub anno do-*

no domini 1468. in uigilia Reminiscere finitus est presens libellus per me Iohannem WALHVSEN.

2) Concordantia biblica ex V. et N. T. ordine alphabetico digesta, ubi sub qualibet uoce (*a*) uaria dicta biblica, notatu digniora, collecta sunt a littera A. usque ad litteram P.

(*a*) e. g. *De ebrietate, ecclesia, pietate* et multis aliis argumentis moralibus uaria loca biblica coaceruata sunt, ita ut hic liber loco Concordantiarum biblicarum realium ex V. et N. T. esse possit. Nam de rebus memorabilibus multa dicta biblica adducuntur. Litterae initiales rubro colore, sed leui studio sunt pictae. Litterae initiales in littera P. omissae sunt, et scriptor sine dubio has litteras initiales P. successu temporis adhuc addere uoluit.

3) Collectanea uaria philosophica, speciatim physica, grammaticalia, sententiae insigniores et loci communes, ordine alphabetico digesti, a littera A. usque ad litteram V.

Haec collectanea ex libris philosophicis Aristotelis congesta uidentur, nam sub singulis uocibus allegatur modo liber *de topicis*, modo *de animalibus*, modo *de corporibus physicis*, modo *de elementis*, modo *de Politica*, modo *de anima*, modo *de Ethica*, modo *de moribus* etc.

Collectanea haec etiam litteris minoribus, pallido atramento et obscuris litterarum ductibus, nec non uariis abbreuiationibus scripta sunt, et difficulter legi possunt. Litterae singulorum titulorum initiales rubro colore, sed superficiaria opera pi-

ra pictae sunt. Allegatis ex libris philosophicis Aristotelis locis rubra linea subducitur.

4) Liber de tribus Magis, qui Christum in carne adorauerunt, constans ex 45. capitibus.

Litteris minoribus, obscurissimis litterarum ductibus et multis abbreuiationibus scriptus est hic liber, ita ut difficillime legi possit, et plurimae uoces prorsus legi nequeunt. In fine additur gratulatio ad urbem Coloniam, quia asseruaret trium Magorum corpora.

Codices manuscripti Medici, membranacei et chartacei, ex Bibliotheca electorali in Quarto.

114 Varia experimenta Medica, *codex membranaceus.*

Ab initio per tria folia hic codex litteris maioribus ad lineas infra ductas, deinde litteris minoribus et frequentibus abbreuiationibus atque obscuris litterarum ductibus etiam ad lineas, infra ductas, scriptus est, quae omnia difficillimam reddunt horum experimentorum lectionem. In principio huius codicis deficiunt integra 6. folia, uel totus liber primus.

Diuiduntur haec experimenta in 8. libros, et quilibet liber subdiuiditur in uarias partes. Tituli singulorum experimentorum, nec non litterae initiales rubro colore, sed leui studio sunt exaratae.

In fine sine dubio scriptor codicis hunc addidit uersum.

Finis

Finis adeſt operis mercedem poſco laboris.
Fuit hic codex quondam, ut in prima ligaturae tabula annotatum eſt,
Domini Bernhardi doctique Cancellarii domini Magdeburgenſis, cuius anima requieſcet in pace.

115 M. ALBERTI liber de naturis multarum rerum, *codex membranaceus.*

Codex eleganter litteris minoribus ſcriptus, cuius autem lectio per admixtas multas abbreuiationes fit ualde difficilis. Litterae initiales, uti et tituli ſingularum tractationum rubro colore ſunt exarati. Poſt librum ALBERTI ſequitur *commendatio fratris* ALBERTI, *Ratisponenſis epiſcopi*, et *uaria genera uerſuum*, plerumque hodie ignota e. g. metrum *bileoninum*, metrum *caudatum*, *crucifixum*, *concatenatum*, *retrogradum*, *epytetonicum* et multa adhuc alia genera. Deinde ſequitur *ritmicum dictamen de* ALBERTO, *epiſcopo*, *et dicta antiquorum philoſophorum.*

116 Lumen luminum, liber medicus, et codex membranaceus Vid. paullo inferius aliud huius libri manuſcriptum.

Codex eleganter litteris minoribus ad lineas infra ductas exaratus, abbreuiationes in hoc codice etiam frequentes ſunt, et ideo pleraque difficulter legi poſſunt. Tituli ſingularum tractationum, quae modo breuiores, modo longiores ſunt, rubro colore ſcripti conſpiciuntur. Litterae cuiuslibet tituli initiales paullo elegantius, quam in uariis praecedentibus codicibus manuſcriptis rubro et caeruleo colore ſunt exaratae. Tractatur

potiſſi-

potiſſimum in hoc codice *de uariis aquarum et colorum generibus.*

2) Semita directa,

Liber medicus, minimis litteris et frequentiſſimis abbreuiationibus ſcriptus, ideoque difficillime legendus. Tituli tractationum rubro colore ſunt exarati. Litterae initiales tractationum alternatim modo rubrae, modo caeruleae et leui ſtudio pictae ſunt.

3) Liber IEBER, qui de lapide Philoſophorum tractare uidetur.

Itidem hic tractatus litteris minimis, frequentiſſimis abbreuiationibus et obſcuriſſimis litterarum ductibus eſt exaratus, et uix ab aliquo legi poterit. Litterae tractationum initiales rubro et caeruleo colore, paullo maiori ſtudio, quam in aliis codicibus praecedentibus, pictae ſunt.

4) Tractatus, ex libro GALLIENI *Alphachimi* et ſententiis *Hermetis* collectus.

Tractatus, litteris mediocribus ad lineas infra ductas, et uariis abbreuiationibus ſcriptus, conſtans tantum ex 4. foliis. Frequentes abbreuiationes et pallidum atramentum lectionem huius tractatus reddunt difficilem. Nulla in hoc tractatu nec litterarum, nec picturae occurrunt ornamenta.

5) Tractatus de lapide Elixir, per quem ars imitatur naturam.

Tractatus 4. tantum foliorum, litteris minoribus ad lineas infra ductas, ſcriptus, et multis abbreuiationibus exaratus, ut difficulter legi poſſit. Tituli tractationum rubro colore ſcripti et litterae cuiuslibet tractationis initiales rubro et uiridi

ridi colore paullo maiori, quam in aliis codicibus manuſcriptis, ſtudio pictae ſunt. Sententiam ſuam de operationibus chymicis ſaepius in hoc tractatu aperit alchymiſta quidam. Afferuntur etiam crebro ſententiae AVICENNAE de hoc argumento.

117 Liber ſecreti GALIENI de Elixir ſolis et lunae, *codex chartaceus.*

Hic tractatus GALIENI, qui continet tantum 7. folia, litteris mediocribus, multis abbreuiationibus et obſcuris litterarum ductibus eſt ſcriptus, ideoque difficulter legendus. Tituli tractationum et litterae initiales rubro colore negligenter ſunt exaratae. Sequitur deinde *ſecretum* HERMETIS, *quod et moriens noluit aperire, ſed ſcriptum ſecum in antro poni iuſſit, uki inuentum poſtmodum fuit.* Deinde ſuppeditatur *expoſitio uerborum* HERMETIS. *Secretum* HERMETIS *de praeparatione occulti lapidis. Liber ſecreti* HERMETIS *ſuper inferiori aſtronomia. Verba* CLISOPATRE *ſuper eodem ſecreto.*

2) Sententiae diuerſorum Philoſophorum, hunc lapidem magnum occultantium.

Tractatus eodem modo, quam iſte numero 1. praecedens, ſcriptus.

3) et 4) Liber 70. Praeceptorum et liber 30 uerborum.

Hi duo libri conſtituunt tantum 5. folia, et eodem modo ſunt ſcripti, quam tractatus GALIENI, num. 1. indicatus.

5) Epiſtola principis ABOALI, cognominati AVISCENNI, uel AVICENNAE ad HABASEN, *Aramaeum*

macum Philosophum, de re recta nisi amicis concedenda.

6) De lapide Elixir, per quem ars imitatur naturam, qui tractatus etiam paullo ante adfuit.

7) Glosarius; in fine huius tractatus sequentia leguntur: *Explicit Glosarius in arce Gebichenstein* 1478.

8) Interrogationes, a Maiistro MORIENO compositae.

9) Turba Philosophorum. Vid. paullo inferius aliud huius tractatus manuscriptum n. 18.

10) Aurora Alchimie consurgens 1478. in *Geneckosten*, (sic legitur.)

11) Dyalogus inter Maiistrum et discipulum.

12) Tractatus rnsorius, missus egregio doctori et domino, Thome de Banonia, regis Francorum doctissimo phizico.

13) Epistola Galorum philosophi ad *Zaphirum*, iuuenem philosophum.

14) ALPHIDII clauis Philosophorum.

15) *Petrus* de ZELEVCO.

16) De quaestionibus magistri ARNOLDI de *noua uilla*. Quaestiones tam essentiales, quam accidentales, de compositione lapidis. In fine quidam annotauit: *nescio an finis*, 1480. *Katheme*.

17) Ortularius 1482.

18) Liber 12 capitulorum de 12 aquis. 2 folia.

19) Liber de *Rebis* (*a*) super praeparatione occulti lapidis Philosophorum. 2 folia.

(*a*) *Rebis* autem lapis esse dicitur, ubique receptus, et nascitur in duobus montibus.

De scriptis, a num. 5 - 19. indicatis, ratione scri-

pturae fere eadem notanda ſunt, quae num. 1. de ſcripto GALIENI monuimus.

118 Semita recta, *codex membranaceus.*

Codex eleganter, litteris minimis ad lineas, infra ductas, ſcriptus, et multis abbreuiationibus exaratus, ita ut difficulter legi queat. Tituli tractationum et litterae initiales earundem rubro colore exaratae ſunt. Continet autem haec ſemita recta uarios tractatus Alchymiſticos et quidem 1) ALBERTVM de Alchymia, 2) *librum trium uerborum*, in quo inter alia aſſeritur, *Aſtronomum oportere eſſe Alchimiſtam.* 3) *Speculum ſecretorum*, uel *ſecretum ſecretorum*, 4) *Speculum Alchimie.* 5) *Flores etkymoleyarum.* 6) *Verſus de Alchimia.* 7) *Liber fratris Rugerii* BACHONIS. 8) Liber *lumen luminum* dictus, de quo etiam occurrit manuſcriptum, paullo antea indicatum. 9) AVICENNA *de compoſitione Elixir.* 10) *Liber* RASIS. 11) *Liber experimentorum de Alchimia.* 12) *Operatio ad albedinem.* 13) *Liber lapidum*, ſiue liber *Rebis.* uid. not. (*a*) praecedentem.

119 RVPECISSAE et aliorum ſcripta chymica, *codex chartaceus.*

Continentur in hoc uolumine.

1) Praefatio germanica ALBERTI magni in Alchymiam, ſic incipiens: Alle Weyßheit iſt von Got dem HErrn etc. difficulter eſt legenda.

2) Tractatus quidam latinus ſine titulo et auctoris nomine, difficulter legendus.

3) Tractatus Alchimiae Magiſtri ALBERTI Magni, difficillime legendus.

4) Alchy-

4) Alchymia Magistri ALBERTI. Praefatio latina huius Alchymiae est eadem cum praefatione germanica, num. 1. indicata. Alchymia autem haec difficillime est legenda propter multas abbreuiationes, in scribendo adhibitas.

5) Versus germanici de Alchymia, difficulter legendi.

6) Tractatus latinus, minimis litteris et multis abbreuiationibus scriptus, ideoque a nemine fere legi poterit.

7) ALBERTI practica, germanice, non adeo difficili negotio legenda.

8) Tractatio quaedam germanica ignoti auctoris, difficulter legenda.

9) Tractatio quaedam latina ignoti auctoris, difficulter legenda.

10) Tractatio latina ignoti auctoris, difficillime legenda.

11) Tractatio germanica ignoti auctoris, sub titulo: *sententia antiquorum philosophorum*, facili negotio legenda.

12) Tractatio latina ignoti auctoris, difficillime legenda.

13) Alia tractatio latina ignoti auctoris, itidem difficillime legenda.

14) Noua tractatio latina ignoti auctoris, difficillime legenda.

15) Liber RVPICISSAE, difficillime legendus.

16) Liber *de albo et rubeo*, eleganter scriptus et optime legendus.

17) *Aqua uite*, tractatio latina, eleganter scripta et optime legenda.

18) *Turba Philoſophorum* (de quo tractatu iam ſupra manuſcriptum indicauimus) eleganter ſcripta tractatio latina et commode legenda.

19) Tractatus germanicus *de coloribus*, eleganter ſcriptus et optime legendus.

20) Libellus de *Rebis*, ſiue de lapide quodam, eleganter exaratus et optime legendus.

21) Liber CALISTEI, uel KALISTINI, *Philoſophi magni*, de lapidibus Philoſophorum, paullo difficilius, quam praecedentes tractatus, num. 16-20. indicati, legendus.

22) Tractatio latina ignoti auctoris, quae uix ab ullo unquam legi poterit.

23) Formatio *de coloribus*, tractatio latina, difficillime legenda, et a nullo fere intellectu aſſequenda.

24) Tractatio latina ignoti auctoris, difficulter legenda.

25) *Arnoldus* DE NOVA VILLA, difficulter legendus.

26) Tractatio latina ignoti auctoris, in certos canones diuiſa, et difficillime legenda.

27) *Roſarius*, difficulter legendus.

Tractatus, in hoc uolumine contenti, nullis plane picturae ornamentis decorati ſunt, et ſi qui tractatus etiam habent litteras initiales rubri coloris, illae tamen uiliſſima opera pictae ſunt.

Codices manuſcripti membranacei et chartacei philoſophici ex bibliotheca electorali in Quarto.

120 Magist. *Petri* de VINEIS (*a*), magistri iudicum Imperatoris Frederici II. epistolae ad hunc Fridericum, codex chartac.

(*a*) De hoc ita scribit TRITHEMIVS *de scriptoribus ecclesiasticis* p. 96. Petrus de VINEIS, *natione Teutonicus: Frederici, imperatoris secundi scriba et cancellarius: uir doctus et eloquens, sed in eo maxime reprehensibilis, quod eidem Frederico adhaerens, eius fauore contra ecclesiam romanam stolidus latrauit: a quo tandem digne remuneratus, cum in certis eum offendisset, lumen cum oculis amisit.* Scripsit autem quaedam ingenii sui opuscula: de quibus ego reperi Epistolarum ex persona imperatoris libri VI. quorum liber primus incipit: *Collegerunt pontifices.* Claruit hic Petrus de VINEIS eiusdem Friderici secundi temporibus anno domini 1230. Idem autem libri primi epistolarum de VINEIS initium est adhuc in editionibus, quae typis sunt impressae.

Codex hic litteris minoribus, et uariis abbreuiationibus exaratus est, ideoque difficulter legi potest plerisque in locis. Nulla in illo reperiuntur picturae, uel litterarum ornamenta. Epistolae longo alio ordine in hoc codice occurrunt, quam in exemplaribus epistolarum *Petri* de VINEIS impressis, uel codice harum epistolarum manuscripto membranaceo, paullo post indicando, et recensendo. Nam statim ab initio huius codicis quaedam epistolae occurrunt, quae alias libro V. epistolarum Petri de *Vineis*, in editionibus impressis insertae deprehenduntur, et quia ordo epistolarum in hoc codice plane differt ab ordine, in editionibus impressis rece-

pto, non potui ſatis accurate perſpicere, num plures in hoc codice chartaceo et aliae exſtent epiſtolae, quam in codice harum epiſtolarum membranaceo, paullo poſt ſequente, uel editionibus impreſſis; ſed alio tempore accuratius examen inſtituam, num plures et diuerſae epiſtolae ab illis, quae iam ſub nomine *Petri* de VINEIS publicatae ſunt, in hoc codice chartaceo reperiantur. Cuilibet epiſtolae praemittitur titulus, ad quem ſcripta ſit epiſtola, et interdum de quo argumento illa agat. Quantum uero ex ſubitanea huius codicis epiſtolarum Petri de VINEIS perluſtratione perſpicere potui, multae huius uiri epiſtolae in hoc codice exſtant, quae in editionibus harum epiſtolarum impreſſis non reperiuntur. Exſtant etiam in hoc codice uaria alia collectanea hiſtorica e. g. 2) Miraculum de Captiuatione VDONIS, *Epiſcopi Magdeburgenſis, anno domini* 900. *Ottone tertio imperante, aput Partinopolim in Magdeburg in Saxonia.*

3) *Planctus Rethoriſatus cuiusdam contriti* (ſic lego, ſed aliter legendum eſſe cenſeo.) Exordium huius planctus ita incipit: *Diſertiſſimo oratori nimium perpolita alludit eloquentia, ac fulcitum praedicat uetus laureata Piſani alczeuabo* (haec uerba non intelligo.) Illuſtris principis ducis RVPERTI, *Dei gratia, ducis Sleſie et domini Legnitzenſis prothonotario* Michael POLKEWITZ ſuum, ut ſequitur exilium, legat deplorandum. Codici huic ab initio adſcriptus eſt annus 1521.

121 Cronica des deutſchen Ordens, geſchrieben 1498. *codex chart.*

Codex

Codex litteris minoribus scriptus, ita tamen, ut pleraque satis commode legi et intelligi possint, sed stilus teutonicus antiquus est. Praemittuntur huic codici, in quo nulla picturae et litterarum ornamenta conspiciuntur, uaria priuilegia, a pontificibus romanis ordini Teutonico concessa, et sub finem horum priuilegiorum sequentia uerba adduntur: Summma Indulgentiarum 75000 und 5. und 35. vnnd 7 tausend 7. und 81. karenn zw vnd eylffmall Vorgebung des sybententeyls der sünde vnnd zu dreyen malen vorgebung aller sünde 1498. Chronica autem ipsa ita incipiunt: In dem Jare vnnsers Hernn twsent vnnd hundert vnd in dem nünzigisten Jare, do hub sich der Tewtsch Ordenn ann vnnd zugen in die Prewßen Mit der Hülffe GOttes widder die Heyden ꝛc. ꝛc. Litterae tractationum initiales manuscripti huius codicis rubrae quidem sunt, sed leuissimo studio pictae.

22 Altera pars Astrologicae, *cod. Chart.* Continentur in hoc codice manuscripto, qui olim fuit M. *Ioannis Volmari* FELLINGERI.

1) Altera pars Summae astrologicae. 2) Obiter de Stellis Fixis agitur. 3) Tractatulus noctis et diei Horologii. 4) Quaedam Medica. 5) De compositione baculi Iacob et eius usu. 7) Chiromantica. 8) Obiter de electionibus ad Flebothomiam. 9) Obiter quaedam Geometrica. 10) Tractatulus Chilindri. 11) Horologium in manu. 12) Compositio aequatorii. 13) Tertia pars Summae Astrologicae.

Codex hic etiam litteris minoribus et obscuris litterarum ductibus est scriptus, ita ut difficillime legi queat. Tituli diuersarum tractationum litteris mediocribus et interdum rubro colore exarati sunt, sed rudi plane Minerua.

123 *Petri* de VINEIS epistolae, *codex membran.*

Codex hic eleganter scriptus est, litteris minoribus, abbreuiationes in hoc codice non adeo frequentes sunt, et ideo commode plerisque in locis codex legi potest. Quaelibet pagina in 2. columnas diuiditur. Litterae initiales in primo harum epistolarum libro omissae sunt, et successu temporis forsitan eiusmodi litteras initiales addere uoluit huius codicis scriptor; sed in subsequentibus libris, secundo, tertio, quarto, quinto et sexto singulis epistolis litterae initiales, rubro, colore pictae, praemissae sunt. Cuilibet etiam epistolae, rubro colore exaratus praemittitur titulus, de quo scilicet argumento subsequens epistola agat, uel ad quem directa sit. Ab initio cuiuslibet libri harum epistolarum reperitur designatio epistolarum, in subsequente libro contentarum. Post indicem epistolarum libri primi sequitur hic titulus: Incipiunt dictamina Magistri *Petri* de VINEIS, excellentissimi dictatoris prima rubrica: Querimonia Friderici imperatoris super depositione sua contra papam et Cardinales et cetera, Incipit haec Querimonia, siue libri primi epistola prima his uerbis: *Collegerunt Pontifices* etc. Index libri secundi harum epistolarum non excedit numerum decimum

mum octauum, sed ad unum eundemque numerum modo 2, modo 3, quatuor uel 5. epistolae referuntur, ad indicandum forsitan, quod epistolae, ad unum eundemque numerum relatae, de uno et simili argumento agant. Ceterum notandum est de hoc codice manuscripto, 1) quod in numero librorum et epistolarum, singulis in libris contentarum, plerumque hic codex manuscriptus conueniat cum editionibus impressis (*b*), speciatim cum editione *Ambergensi* in 8. (*c*) et *Basileensi*, quam SCHARDIVS primus procurauit 1566. in 8. eique ob similitudinem argumenti addidit *Hypomnema de fide, amicitia et obseruantia Pontificum Romanorum erga imperatores Germanicos* autore S. S. i. e. *Simone* SCHARDIO, ex officina *Ioan. Oporini.* Editio autem *Basileensis*, et quae hanc sequitur *Ambergensis*, in numero epistolarum, per singulos libros distributarum, prorsus conueniunt. Impressis epistolarum *Petri* de VINEIS editionibus etiam praemittitur uita *Petri* de VINEIS. 2) Vita FRIDERICI II, *imperatoris.* 3) Formula depositionis FRIDERICI, quae mutilatim relata est lib. 6. Decretalium c. ad apostolicae, ex uetusto quodam libro integre descripta et publicata a *Simone* SCHARDIO D.

(*b*) Interdum tamen quaedam in editionibus impressis adhuc adduntur, quae in codice manuscripto non reperias e. g. in libro 1. epistolae 34-39. non exstant in codice manuscripto, quae tamen reperiuntur in editionibus impressis, supra indicatis, *Basileensi* nimirum 1566. in 8. et *Ambergensi* 1609. in 8. Libro 6. adhuc adiectae sunt duae

epistolae, nimirum 32. et 33. quae desunt in codice manuscripto. In hoc autem reperitur Lamentatio *Petri* de VINEIS, quod in carcerem FRIDERICVS imperator redegit illum, quae Lamentatio non exstat in editionibus impressis, saltim non sub finem libri 6. epistolarum, ubi in codice manuscripto reperitur.

(*c*) Quae post *Simonis* SCHARDII, IC. editionem anni 1566. denuo cum *Haganoensi* exemplari collata, recognita, accurate castigata, locis quam plurimis aucta, Glossario et indice illustrata, prodiit per GERMANVM PHILALETHEM 1609.

2) Notandum est, quod olim b. *Ioh. Andr.* BOsius hunc codicem, quem ipse possedit, manuscriptum, cum editione *Ambergensi* anni 1609. in 8. per 20. priores epistolas diligenter contulerit, et uariantes lectiones, ex collatione manuscripti codicis et editionis impressae *Ambergensis* adscripserit, ex quibus uariantibus lectionibus satis apparet, quam multis et innumeris in locis lectiones impressarum editionum a lectionibus manuscripti codicis recedant, et prorsus diuersum sensum exhibeant. Operae autem fecisset pretium b. BOSIVS, si editiones epistolarum *Petri* de VINEIS impressas cum toto codice manuscripto contulisset, et non in uicesima tantum libri primi epistola cum collatione substitisset. Fuit autem quondam huius codicis possessor D. *Iohannes Adam* BOTEL, qui ab initio codicis nomen suum inscripsit, et annum 1538. secunda post Iudica.

124 Quibusdam libris impressis etiam quaedam scripta, manu exarata, adhaerent, e. g. uolumini 137. in Quarto Bibliothecae electoralis philosophicae et philologicae adhaerent sequentia manuscripta.

1) de translatione sancte *Hedwig.* } difficulter le-
2) Historia Sancte *Hedwigis* minor. } genda sunt haec duo scripta.

3) Miracula sancti VOLQIN, primi abbatis in Sichem. Tractatus, litteris mediocribus scriptus, et paullo facilius, quam duo praecedentia scripta legendus.

4) IOANNIS, abbatis monasterii *in Buch*, appellatio ad IOANNEM, *episcopum Misnensem*, et VINCENTIVM, abbatem ueteris Cellae, in caussa quadam inter ipsum abbatem et Decanum Misnensem. Eleganter quidem scripta est haec appellatio, propter uarias tamen abbreuiationes paullo difficilius legenda.

5) Sermo exhortatorius in Synodo quadam Misnensi anno 1400. difficillime legendus.

6) Alius sermo, in synodo Misnensi habitus 1483. etiam difficillime legendus.

7) Sermo in festo Petri et Pauli, item in adscensione Mariae uirginis, distincte exaratus et commode satis legendus, licet nonnullae abbreuiationes in hoc sermone occurrant.

8) Tabula, qualiter agatur diuinum officium ab Epiphania usque ad locum bisexti, propter nimias

nimias abbreuiationes difficillime legenda est haec tabula.

125 HORATII epistolis, Lipsiæ sine anno impressis, et in Bibliotheca electorali philosophica et philologica exstantibus, numero 150. librorum in Quarto, adhaeret *Petrus* CRESCENTIIS von natürlichen Dingen 12. Bücher, teutsch übersetzt 1474. ex huius auctoris ruralibus commodis. Distincte, et litteris maioribus exaratum est hoc scriptum. Tituli singulorum librorum et capitum rubris litteris sunt consignati, et omnia optime legi possunt.

CODI-

CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICOR. EX BIBLIOTHECA ELECTORALI IN FOLIO ET QVARTO INDEX ALPHABETICVS RECENSENS AVCTORVM DE HIS MANVSCRIPTIS NOMINA.

ALANVS, *ab Insulis dictus* p. 320. 321. *bis* 322. 379
ALBERTANVS p. 384
ALBERTVS M. p. 319. 321
ANGELVS de CAMERINO p. 321
ANSELMVS, *Archiepiscop.* p. 381
AQVILA de *Petrus* p. 318 *b)* 320
AQVINAS *Thomas.* p. 319. 320
AVGVSTINVS p. 314. *quater* 317 *b)* 318 *b)* 383
BEDA *Venerab.* p. 387
BERNHARDVS p. 316 *bis* NB. 321. *quater* 384 *bis, unum est impress.*
BREMER *Ioh.* p. 318 *b)*
de CAMERINO, uid. supra sub uoc. *Angelus.*
CAPISTRANVS *Ioh.* p. 322. *bis* NB.
CARTVSIA de *Ioh.* p. 319
CARTHVS *Iacob.* p. 383
de nouo CASTRO (*Hugo*) uid. *Hugo.*
CHRYSOSTOMVS p. 384
CVSA de *Nicol.* (*Cardinalis*) p. 384
de *Clauſtralibus* uid. *Hugo.*
DACIVS *Auguſtin.* p. 385
DAMIANI *Petr.* p. 385
FABER *Conrad.* p. 380
FRIMARIA de *Henric.* p. 319
GAWER de p. 320
GEREMIK de *Cardin.* p. 385
HASSIA de *Henr. ab Langenſtein dictus.* p. 321
HAYMEN *Ioh.* p. 319
HOLKOTH *Robert.* p. 321

HONORIVS p. 319
HVGO de *nouo Caſtro impreſſ.* p. 346
HVGO *de Clauſtralibus* p. 378
HVGVLINVS p. 317 *b)*
IACOBVS *Apoſtol.* p. 317 *b)*
INNOCENTIVS p. 382. *bis* 389
ab INSVLIS uid. ſupra *Alanus.*
ISIDORVS p. 316. *bis* 321
IVO p. 387. 389
KEMPIS de *Thom.* p. 321
a LANGENSTEIN, uid. de HASSIA.
LAVRENTIVS, *Epiſcop. Ferrarienſ.* p. 386
LOMBARDVS *Petrus* p. 317 *b)*
LYRA de, *ſeu* LYRANVS, *Nicol.* p. 321
MERLOT *Conrad.* p. 321. 322
MESCHEDE de *Gottſchalc.* p. 318 *b)*
MILITHO p. 314. NB.
MYNDA de *Hermann.* p. 318 *b)*
PAVLLVS, *Apoſtol.* p. 317 *a)* NB.
PECTHAV de *Ioh.* p. 320
PRVDENTIVS p. 382
RABANVS *Maurus* p. 317 *b)* NB.
RAYMVNDVS p. 321
RICCIVS *Steph. Sen.* p. 319
RICHARDVS p. 317 *a)* 318 *a)* 320. 381
RIGIENSIS, *ſeu* de RIGA *Petr.* p. 317 *b)* *bis.*
ROMA de *Aegidius* p. 320. *ſexies.*
SCOTVS *Ioh.* p. 318 *b)* *ter.*
STEPHANVS *Pariſiens.* p. 321

IVRIDICORVM.

ANDREAE *Ioh.* p. 328
CAPISTRANO de *Ioh.* p. 331. *ter.*
GRATIANVS p. 326. NB. NB. 328. NB.
GREGORIVS, *Pontifex* p. 330
MERSBVRG de *Henr.* p. 390
RAVENNAS *Petr.* p. 391
REMVNDVS p. 330
WILHELMVS *Rodonenſ.* p. 330
ZOGHCLER *Ioh.* p. 318 *b)*

MEDI-

MEDICORVM.

ALBERTVS M. p. 369. 400. *bis* 401
ALPHACHIMVS uid. *Gallienus.*
ALPHIDIVS p. 399
AQVILA *Ioh.* p. 340
AVICENNA p. 332. 398. 400
BACCHO uel BACO *Roger.* p. 400
CALISTEVS p. 402
GALLIENVS *Alphachimus* p. 387. 398
GORDONIVS *Bernhard.* p. 331. *bis.*
HADDESDEN *Ioh.* p. 331
HERMES p. 398
IEBER uel GEBER p. 335. 397
KALISTINVS uid. *Calisteus.*
MORIENVS p. 399
RASIS p. 400
RVPESCISSA p. 400. 401
VILLA NOVA de *Arnold.* p. 399. 402
ZELEVCO de *Petr.* p. 399

PHILOSOPHIC. et PHILOLOGIC.

ALBATEGNVS p. 339
ALFRAGANVS p. 335
ANCONA de *Auguſtin.* p. 317 *b)*
AVIROCCIVS p. 341
BOCCACIVS *Ioh.* p. 365
CAMPANVS *Ioh.* p. 335
CONRADVS *Vrſpergenſ.* p. 332
CRESCENTIIS de *Petr.* p. 410
DAGOBERTVS, *Francor. Rex* p. 332
EVCLIDES p. 335. *ter* 339. 340
GEBERVS uel IEBER p. 335. 397
GLAGOVIA de *Ioan.* p. 339. 344. *ter.*
GRVDEMANNVS *Ioh.* p. 347
GVIDO *Bonat.* p. 339
HISTINGER *Conrad.* NB. p. 338
IACOBVS *Eremita* p. 346
IOANNES p. 409
IORDANVS p. 340
LENTVLVS p. 347. NB.

MARI-

MARICANT de *Petr. Peregr.* p. 340
MORIENVS p. 399
PILATVS *Pontius* p. 347. NB.
PIVS, *Papa* p. 345. 346
PROZOWO de *Albert.* p. 338. *ter.*
PTOLEMEVS p. 343
PVRBACHIVS *Georg.* p. 342
REGIOMONTANVS *Ioh.* p. 341
STAPVLENSIS *Iac.* Faber p. 341
STHREVDT *Ioh.* p. 343
TYBVRTINVS *Plato* p. 339
VINEIS de *Petr.* p. 403. 406
WEYSSE *Ioh.* NB. p. 344
ZASTWOSKY p. 339

LIBROR. GALLICE EXARATOR.

ARISTOTELES p. 362
BOCCACIVS *Ioh.* p. 365. *impreſſ.*
BOETHIVS p. 355. NB.
CONTY de *Emrad* p. 351. NB.
CORBECHON *Jean* p. 349
CVRTIVS Q. p. 360. NB.
de LVCENE uid. *Vaſque.*
MEVN de *Jean* p. 355
VALERIVS *Maximus* p. 388. NB.
VASQVE de *Lucene* p. 351. NB.
XENOPHON p. 351 NB.

LIBROR. MVSICORVM.

LVDECVS *Matthaeus* impreſſ. p. 374

ANONYMOR. THEOL.

Antitheſis Chriſti et Antichriſti p. 322. NB. NB.
Biblia hebraica, litteris quadratis exarata p. 308. NB.
Biblia latina V. T. ſec. uerſ. VVLGATAM p. 307.
Biblior. eiusd. uerſ. Partes I. II. III. IV. V. ſeiunctae p. 310. 311.
Bibliorum latinor. pars I. p. 311.
Biblia latina N. T. p. 308.

Bibliorum latinor. fragmenta *bina* unum p. 312. *unum* p. 313.
Concordantiae biblicae p. 319.
de Decretis sanctor. Pontif. et de fide p. 378.
Ehe idem ac Gesetz. p. 327
Das Buch der Auszug alter und neuer Ehe p. 327.
Epistolae festiuales p. 305. NB. NB.
Epistolas super Paullinas glossa p. 318.
Euangelia festiualia NB. NB. p. 301. Liber 4. Euangeliorum p. 306. NB. NB.
In LYRAE scripta super Biblia Registrum aphabeticum p. 379.
Missae mysteria p. 319.
Sanctorum quorund. uitae p. 319
Sermones in epistolas et euangelia festiualia. p. 324

INDEX CODIC. ANON. IVRIDICOR.

Decretalium Libri V. cum glossa p. 329 NB. 392. 393 NB.
Digestum nouum cum glossa p. 329.
Digitus decreti p. 393.
Institutiones iuris ciuilis cum glossa p. 330.
Lehnrecht Sächßl. p. 331.
Lehnrecht, das Keyser Friderich gesagt hat p. 331.
Richtesteig p. 331.
Sachsenspiegel / teutsch mit teutschen Glossen p. 331. NB. NB.
Speculi Saxonici Epitome p. 331.
Weichbild p. 331.

ANONYMOR. MEDICOR.

Antidotarius clarificatus p. 333
Experimenta uaria medica p. 395
Lumen luminum p. 396
Medica quaedam p. 341
Semita recta p. 400

ANONYM. PHILOS. et PHILOL.

Astrologiae summae IIda pars p. 405. IVta p. 348
Chronica des teutschen Ordens p. 404

Doberlucenſis monaſterii priuilegia p. 335
Eliſabethae de) uita et morte NB. p. 336
Erfurtenſis incendii 1472. orti hiſtorica narratio p. 344
Mobilis primi tabulae p. 341
Planetarum motus et theoricae per ſing. menſes p. 302
Planetarum et Sphaerae compoſitio p. 343
Theſaurus ſapientiae p. 361 NB.

GALLICOR.

Biblia p. 367 NB. NB.
Hiſtoire de GILION de *Traſignyes*, et Dame MARIE ſa femme p. 364
la Legende d' oreé en françois p. 357 NB.
Vita Chriſti P. I. et II. p. 353. III. et IV. p. 354. NB. *impreſſ.*

MVSICOR.

Cantionum liber p. 373. 374. 375
Introitus de S. Andrea et aliis ſanctis p. 375
Meiſter-Geſangbuch p. 376 *bini* eiusmodi libri.
Miſſale p. 374. 375. *nouies* 376
Pſalmi et reſponſoria in uigil. feſtor. p. 376

CAP.

CAP. VI.

LIBRI MEMORABILES, EX PARTE MAIORIS MOLIS, IDEOQVE PRETIOSI, BIBLIOTHECAE ELECTORALI THEOLOGICAE, SVMTIBVS (*a*) VENERANDI ORDINIS THEOLOGICI RECENS ADIECTI ET COMPARATI (*b*)

in Folio.

1-3 HIERONYMI opera omnia, cum notis et scholiis uariis, item lectionibus *Mariani* VICTORII, *Henr.* GRAVII, *Frontonis* DVCAEI, sumtibus FRIDERICI, ducis Saxoniae. *Francof.* 1684. Tomi 9. cum 2. Tomis additionum 3. voll.

(*a*) Iam supra monitum est, quotannis ex uariis reditibus quandam pecuniae summam a quolibet ordine, uel Facultate, ad comparandos ex omnibus disciplinis libros impendi, et hac ratione omnium Facultatum scripta per singulos annos, accessione librorum necessariorum, ad quamlibet Facultatem spectantium, locupletari posse; Ex his igitur reditibus non solum Bibliotheca Theologica, sed etiam iuridica, medica, Philosophica et Philologica succesſu temporis coeperunt augeri libris maioris plerumque molis et utilioribus; nam libri mediocres, quos etiam priuati in Bibliothecis suis possidere ut plurimum solent, non facile in Bibliothecam nostram academicam comparantur.

(*b*) Ligatura horum librorum, recens adiectorum, plerumque ex membranis confecta, margo autem eorundem librorum rubri coloris est; et

haec conditio ligaturae ordinarie omnibus libris, Bibliothecae academicae recens adiectis, communis esse solet. Quidam illorum librorum gallicam quoque ligaturam casu et per aberrationem ab ordinaria in ligandis nouis bibliothecae libris, consuetudine, acceperunt.

4-13 Critici sacri Anglici, siue doctissimorum uirorum in Biblia annotationes et tractatus. *Londini* 1660. Tomi 9. et supplementorum ad hos Criticos Tomus I. *Francof. ad Moen.* 1700.

14-17 *Thom.* STAPLETONI Opera omnia. *Lutet.* 1620. Tomi 4.

18-22 *Matthaei* POLI Synopsis Criticorum Anglicorum, aliorumque S. Script. interpretum. *Francof.* 1678. Tomi 5.

NB. 23. *Thom.* SANCHETZ Disputationes de matrimonio. *Antverp.* 1652. (*c*)

(*c*) Hunc librum cel. VOGTIVS in *catalogo librorum rarior.* p. 516. librum spurcissimum, et ueram Veneris Bibliothecam uocat, prouocans ad consensum celeb. BAYLII in hoc iudicio, sub uoce SANCHEZ in *Dictionnaire historique et critique*, et ad iudicium *Ioh. Adam.* OSIANDRI, quod fert de hoc opere in *Theologia sua casuali* Part. V. cap. 1. p. 361. ita scribens: Densum edidit SANCHEZ opus de matrimonio, opus non gloriandum, sed pudendum; tam immani curiositate, tam inuisa in rebus spurcissimis et infandis et monstrosis et diabolicis perscrutandis sagacitate horrendum, ut mirum sit, pudoris alicuius hominem ea sine rubore scripsisse, quae quiuis modestioris ingenii uir uix sine rubore legat. Constant hae disputationes 3. Tomis, uno autem tantum uolumine, et praeter editionem *Antuerpiensem*, quae in Bibliotheca nostra academica reperitur, etiam adhuc

adhuc exstant repetitae eiusd. operis editiones, *Lugdunenſis* nimirum anni 1669. it. *Auenionen-* 1689. in fol. a VOGTIO l. c. indicatae.

24-29 *Franc.* SVARETZ Opera omnia. *Mogunt.* 1619-1624. Tomi 5. voll. 4. et praeterea alia eiusd. auctoris opuſcula, quae adhuc Tomos 2. conſtituunt, adeoque coniunctim haec opera 6. volumina explent.

30 *Thom.* HVRTADO Reſolutiones morales. *Lugd.* 1657.

31-34 *Gabr.* VASQVETZ Commentarii ac Diſputationes in Sanct. THOMAE Partes. *Antuerp.* 1620. et 1621. eiusd. opuſcula moralia, coniunctim 4. voll.

35 *Georg.* de RHODES opera Theologica et Philoſophica. *Lugd.* 1671.

36. 37 *Dominici* BANNES ſcholaſtica Commentaria in *Thomam. Duaci* 1614. Tomi 4. voll. 2.

38-41 *Roder.* de ARRIAGA Diſputationes Theologicae in *Thomam. Antuerp.* 1644-1655. Tomi 8. voll. 4.

42. 43 *Ioh.* de LVGO Diſputationes ſcholaſticae et morales *de ſacramentis*; it. eiusd. Reſponſorum moralium libri VI. *Lugd.* 1653. 1656-1660. voll. 2.

44-46 *Andr.* RIVETI operum Theologicorum Tomi III. 1651. 1652. voll. 2.

47 *Henr.* CHORI opera Theologica. *Lond.* 1675.

48. 49 *Abrah.* CALOVII Biblia illuſtrata V. T. *Franceſ.* 1672. 2. Tomi.

50. 51 Eiusd. Biblia illustrata N. T. *Francof.* 1676.

52 *Ioh.* AZORII Institutiones morales. *Lugd.* 1625.

53. 54 Bibliotheca iur. canon. ueteris, in 2. Tomos distributa, quorum unus Canonum ecclesiasticorum codices antiquos, alter insigniores iuris canonici ueteris collectores graecos exhibet. *Lutet.* 1661.

55 *Gregor.* SALMANTICENSIS Compendium totius Theologiae practicae tum sacramentalis, tum moralis *Eligii* BASSAEI *Lugd.* 1678.

56 F. *Hyacinthi* CHALVETI S. THOMAS, *Aquinas*, siue Theologia moralis Angelici Doctoris, de Oeconomia et Politia christiana. Nec non de gloria sacri ordinis FF. Praedicator. *Tolosae* 1682.

57. 58 *G.* DEDEKENNI Thesaurus Consiliorum Theologicorum et Iuridicorum, auctus et emendatus per *Ioh. Ernest.* GERHARDVM. *Ien.* 1671. Tomi 3. cum appendice. voll. 2.

59 *Ioh.* CROCII Commentarius in epistolas Paulli ad Galatas et sequentes epistolas. *Marpurgi* 1663.

60 *Liberti* FROMONDI Commentarius in Epistolas Paulli et 7. canonicas aliorum Apostolorum epistolas. *Louanii* 1663.

NB. 61 *Edmundus* ALBERTINVS de Eucharistiae Sacramento. *Dauentriae* 1654.

Hunc scriptorem Reformati principem in argumento de s. coena, ad hypotheses ecclesiae Reformatae pertractato, plerumque iudicant, qui Reformatorum in doctrina de sacra coena opiniones

niones optime calluisset et longe solidioribus, quam alii in hac materia Reformati scriptores, argumentis stabilire, atque contra ecclesiae Pontificiae et Euangelicae scriptores propugnare conatus esset.

62 *Guil.* CAVE Scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria a Christo Nato usque ad saecul. XIV. *Lond.* 1688. 2) *Thom.* POPE-BLOVNT censura celebrium authorum. *Lond.* 1690.

63 MVSLADINI SADI Rosarium politicum, siue amoenum sortis humanae theatrum, de Persico in latinum uersum, et notis necessariis illustratum, a *Georg.* GENTIO. *Amstel.* 1651.

64-70 LVTHERI teutsche Schrifften. 9. Altenburgische Theile, nebst dem Haupt-Register über obige 9 Theile, eingetheilet von *Ioh. Christfried* SAGITTARIO. Altenburg 1661-1665. 7. voll.

71-79 *Ioh.* COCCEII Opera omnia. *Francof. ad Moen.* 1689. Tomi VIII.

80 *Thom.* SANCHETZ Consilia, siue opuscula moralia. *Colon.* 1640.

81. 82 Synodicon, siue Pandectae Canonum S. S. Apostolorum et Conciliorum, ab Ecclesia graeca receptorum, *Guil.* BEVEREGII editio Tomi II. voll. 2. *Oxon.* 1672.

83 Christliche Kirchen-Agende, wie die von den zweyen Ständen der Herren und Ritterschafft im Ertz-Hertzogthum Oesterreich unter der Ems gebraucht wird. 1571. sine loc.

84-86 *Hieron.* PRADI et *Ioh. Baptist.* VILLALPANDI in prophetam Ezechielem explanationes, et apparatus urbis ac templi Hierosolymitani,

cum uariis pretiosis figuris aeneis, uisiones prophetae Ezechielis illustrantibus, *Romae* 1596. Tomi III.

87-91 *Dionys.* PETAVII Theologia Dogmatica Tomi IV. 5. voll. *Lutet.* 1644.

92 *Martin.* BONACINAE opera omnia. *Venet.* 1674.

93 Praelectiones Theologicae *Richardi* HOLDSWORTH. *Lond.* 1651.

94-96 Historiae Concilii Constantiensis Tomi VI. editi per *Hermann.* von der HARDT *Francof. et Lipf.* 1700.

97 Clauis regia sacerdotum casuum conscientiae, siue Theologiae moralis *Gregorii* SAYRI, *Angli. Colon. Agripp.* 1680.

98 Excursus morales in librum I. regum *Emanuelis* de NAXERA, *Toletani. Lugd.* 1672.

99 100 S. S. Patres, qui temporibus apostolicis floruerunt, ex editione *Ioh. Bapt.* COTELERII, cum notulis. Volumina 2. *Antuerp.* 1692. et 1698.

In primo uolumine continentur BARNABAE, CLEMENTIS, HERMAE, IGNATII, POLYCARPI scripta, it. *Guil.* BEVEREGII codex primitiuae ecsiae uindicatus; *Iac.* VSSERII dissertationes Ignatianae; *Ioh.* PEARSONII uindiciae Epistolarum S. IGNATII.

101-112 Conciliorum collectio regia maxima, studio *Ioh.* HARDVINI, ex typographia regia 1714. et 1715. Tomi XI. voll. XII. nam Tomus sextus in 2. partes est diuisus.

113 *Humfredi* HODII de Bibliorum Textibus Ori-

Originalibus Libri IV. *Oxon.* 1705. praemittitur ARISTEAE Historia 70. interpretum.

114-116 *Frider.* SPANHEMII opera. Tomi 3. *Lugd. Bat.* 1703.

NB. 117 *Claudii* ESPENCAEI opera omnia, quae superstes edidit, et posthuma, edita a *Gilberto* GENEBRARDO. *Lutet. Parisior.* 1619. ap. Claud. Morel.

Liber rarissimus uocatur in *catal. Biblioth. Diecmann.* p. 31.

118 Concilium Illiberitanum cum Discursibus apologeticis *Ferdinandi* de MENDOZA, ac notis et commentariis *Emanuelis Gundisalui* TELLEZ. *Lugd.* 1665.

119. 120 S. Bernhardi opera omnia, studio et opera *Ioan.* MABILLONII. *Paris.* 1667. Tomi 6. voll. 2.

121-130 Bibliotheca Fratrum Polonorum, quos Vnitarios uocant, voll. 10. nimirum vol. 1. continet *Fausti* SOCINI Opera omnia, horumque Tomus I. prodiit *Irenopoli* 1656.

vol. 2. Eiusd. SOCINI Operum, Tomus II. ibid. 1656.

vol. 3. *Iob.* CRELLII Opera omnia Exegetica, horumque Tomus I. *ibid.* 1656.

vol. 4. CRELLII Operum Tomus II. et III. ibid. 1656.

vol. 5. Eiusd. CRELLII operum Tomus IV. *ibid.* 1656.

vol. 6. *Ludou.* WOLZOGENII Operum Tomus I. *ibid.* 1656.

vol. 7. Eiusd. WOLZOGENII Operum Tomus II. ibid. 1656.

vol. 8. *Sam.* PRZIPCOVII Cogitationes sacrae ad initium Euangelii Matthaei, et omnes Epistolas Apostolicas, nec non Tractatus uarii argumenti. *Eleutheropoli* 1692.

vol. 9. *Ionae* SLICHTINGII à *Bukowiec*, Commentaria Posthuma in plerosque N. T. libros. *Irenopoli* 1656.

vol. 10. *Dan.* BRENII Opera Theologica. *Amstel.* 1666.

131 *Petr. Dan.* HVETII Demonstratio Euangelica. Editio 3. *Paris.* 1690.

132. 133 *Ioan.* LIGHTFOOTI opera omnia. voll. 2. *Vltraiecti* 1699.

134 *Iac.* le LONG Bibliotheca sacra Tomi II. in uno volumine *Paris.* 1723.

135 *Ioh.* TRITHEMII opera pia et spiritualia, conquisita a *Ioh.* BVSAEO, *Mogunt.* 1605.

136 *Stephan.* CVRCELLAEI Opera Theologica. *Amstel.* 1675.

137 *Hermann* von der HARDT Historia Litteraria Reformationis, *Francof. et Lipf.* 1717.

138. 139 *Ioan.* LOPEZ Epitome sanctorum Patrum, ad sacras conciones, per locos communes. Tomi 3. *Antuerp.* 1622. 2 voll.

140 *Ioan.* BONAE Opera omnia. *Antuerp.* 1694.

141-148 *Odorici* RAYNALDI Annales Ecclesiastici, voll. 8. ab anno, quo desiit *Caesar* BARONIVS, Tomus XIII-XX. (*a*) *Colon. Agripp.* 1691-1694.

(*a*) Quia enim BARONII annales iam constituunt XII. Tomos, RAYNALDI opus, tanquam continuatio annalium BARONII, cum Tomo XIII. incipiendum erat.

149 *An-*

149 *Anton.* VAIRA Dissertatio de oecumenica Pontificis romani potestate. *Patau.* 1704.

150-152 *Casimiri* OVDINI Commentarius de Scriptoribus Ecclesiae antiquis. *Lipsi.* 1722. voll. 3.

153 *Guilielm.* GVMPPENBERG Atlas Marianus. *Monachii* 1672.

154 ORIGENIS in sacras Scripturas Commentaria gr. et lat. ex edit. *Petr. Dan.* HVETII, cuius Origeniana praefixa. *Colon.* 1685.

155 IVONIS, Carnotensis episcopi, opera omnia. *Paris.* 1647.

156. 157. 158 *Luc.* DACHERII (*a*) Spicilegium, siue collectio ueterum aliquot Scriptorum, qui in Galliae Bibliothecis latuerant (*b*). Tomi 3. voll. 3. *Paris.* 1723. (*c*)

(*a*) Interfuit hic D' Acheri membris *de l' académie des belles Lettres et des Inscriptions* et mort. est 1685. d. 29. April. *Paris.* in abbatia S. Germain de Prez, cuius abbatiae Bibliothecae praefuit, erat alioquin monachus ordin. S. Benedicti, ex congregatione S. Mauri.

(*b*) Prima huius operis editio prodiit *Paris.* ab anno 1655. usque ad an. 1677. XIII. Tomis in 4. De cuius operis raritate sequentia leguntur ap. *Ioh. Petr.* de LVDEWIG in *reliquiis MStorum* Tom. I. praefat. p. 120. *Hic liber nunc maximi fit, pretiumque habet 100. fere imperialium; sed ego mallem tot aureis carere, quam his uoluminibus.*

(*c*) Noua haec editio priori accuratior, et infinitis prope mendis, ad fidem MStorum codicum, quorum uarias lectiones uir clariss. *Steph.* BALVZIVS ac R. P. *Edmundus* MARTENE collegerunt, expurgata per *Lud. Francisc. Ioseph.* de la BARRE, *Tornacensem.* Multis quidem nominibus haec editio repetita,

petita, iudice celeb. VOGTIO in *catalogo librorum rarior.* p. 3. priori ordinatior, castigatior et melior; sed omissa etiam quaedam sunt in illa et immutata, ut ideo priori editioni, in charta maxima, typis luculentis excusa, et inde a 70. annis citata, pretium quoque adhuc aliquod statuendum sit; eo magis, quia ordo in recentiori mutatus, atque paginae nec in margine additae; typi itidem minutiores edit. in folio uisui minus forti non facile placebunt. Quae in singulis Siciliegii Tomis prioris editionis continentur, satis diligenter ac copiose recenset *Thomas* ITTIGIVS de *Bibliothec. ac Caten. Patrum* p. 166. sq. De editione Parisiensi autem anni 1723. conferri potest *Journal des Savans* 1724. Tom. 2. p. 99. sq.

159 *Ioh.* MABILLONII uetera analecta, ipsius uita et quaedam opuscula. *Paris.* 1723.

160. 161 *Flauii* IOSEPHI Opera omnia gr. et lat. ex editione *Ioh.* HVDSON et *Sigeberti* HAVERCAMPII. *Amstel.* 1726. voll. 2.

162-164 ANASTASII, Bibliothecarii, Vitae romanorum Pontificum et GVILIELMVS, Bibliothecarius, opera et studio *Franc.* BLANCHINI, *Romae* 1718. voll. 3.

165-167 *Iac.* SIRMONDI Opera uaria, in 5 Tomos distributa. *Venet.* 1728. voll. 3.

168-172 *Ioan.* LAVNOII Opera omnia. *Colon. Allobrog.* 1731. voll. 5.

173 *Ioan.* MARCKII Commentarius in XII. Prophetas minores. *Tubing.* 1734.

174 *Venerab.* HILDEBERTI, *Cenomanensis*, Opera, et MARBODI, *Redonensis*, opuscula, studio *Alberti* BEAVGENDRE. *Paris.* 1708.

175 Bi-

175 Biblia Italica, tradotta par *Nicolao* de MALERMI in Venetia 1553.

Videatur de hac editione *Ioh.* FABRICII, abbatis, *Historia Bibliothecae suae* part. 1. p..23. Prima Bibliorum Italicorum editio prodiit 1471. et recudebatur cum Summariis *Marini* VENETI 1477. cum praefat. *Hieron.* SQVARZAFICI, qui et Historiam ARISTEAE subiunxit (unde R. *Gedalias* calumniandi occasionem cepit, ut scriberet, christianos inter sacros libros recipere etiam ARISTEAE Historiam uid. WOLFII *Bibliothecam hebraeam* vol. 1. p. 215.) Prodiit etiam editio alia Bibliorum Italica in *Vinegia* 1567. in fol. cum licentia, ut in frontispicio dicitur, S. congregationis inquisitionis, et ab omnibus mendis summa diligentia purgata. De aliis Bibliorum Italicis uersionibus uideatur *Richard* SIMON *dans la Critique* du V. T. p. 534. Le LONG in *Bibliotheca sacra* part. 2. p. 119. et du PIN in dissert. praelim. *sur la Bible* Tom. 1. p. 222. De rarissimis Bibliis Italicis, SIXTI V. cura, typis 1589. exscriptis, (qualem tamen translationem, illius pontificis iussu editam, exstare negat et pernegat *Iac.* le LONG in *Bibliotheca sacra* p. 357.) agit VOGTIVS in *catal. libror. rarior.* p. 114. contendens contra le LONGIVM, omnino talem Bibliorum Italicorum translationem reperiri.

176 Funeralia, oder verschiedene Leichenpredigten, dem Durchlauchtigsten Hertzog zu Sachsen-Gotha FRIDERICO II. gehalten, Gotha 1732. in Regal Folio.

177 Leichenpredigt der verwitbeten Hertzogin zu Sachsen-

Sachsen-Gotha und Altenburg, **Magdalenen Augusten**, gehalten. **Gotha** 1743. itidem in Fol. regali.

Ambo horum Funeralium, sereniſſimis duabus perſonis celebratorum, exempla, cura magnifici, nunc b. CYPRIANI in Bibliothecam noſtram academicam peruenerunt.

Libri memorabiles, et ex parte variores, uel ſaltim prae ceteris utiles, ex Bibliotheca Theologica recens adiecta

in Quarto.

178 Biblia hebraica. *Venet.* 1545.

179 Offenbahrung göttlicher Majeſtät, darinnen angezeiget wird, wie GOtt der HErr ſich anfänglich allen ſeinen Geſchöpffen mit Worten und Wercken geoffenbahret, und wie er alle ſeine Wercke, derſelben Art, Eigenſchafft, Kraft und Wirckung in kurtze Schrifft artlich verfaſſet, und ſolches alles dem erſten Menſchen, den er ſelbſt nach ſeiner Bildniß geſchaffen, überreycht, welches dan bis daher gelangt iſt. Gedruckt und zu finden bey Joh. Wolf Däſchen im Hanauiſchen Buchladen 1619. De hoc libro uid. pluribus PLACCII *Theatr. Anon.* n. 1714. et 1747.

Auctor huius libri eſt *Aegidius* GVTMANNVS, uir portentoſi ingenii, et hoc ſcriptum quondam adeo rarum erat, ut uel 50, imo etiam interdum 100 loachimicis olim uenditum (et quia pretium illius tam magnum erat) ſaepe a multis deſcriptum fuerit. Vid. Struuii *introd. in Hiſtor. litterar.* p. 455. et *catalog. Bibliothecae theologicae Reimannianae* p. 682.

p. 682. Alteram editionem, quae *Francofurti*, uel potius *Halberſtadii* ann. 1675. ſtudio *Henr.* AMERSBACHII, *Paſtoris Halberſtadienſis*, eadem, qua prior, forma, eodemque habitu, ut pagina paginae et numero numerus reſpondeat, prodiit, aliquandiu aeque raram fuiſſe ac priorem, cenſet celeb. VOGTIVS in *catalog. libror. rarior.* p. 434. Omnia enim exemplaria, pauciſſimis elapſis, publica auctoritate ſuppreſſa, ac fiſco adiudicata, nec infra 30 thaleros, durante hoc interdicto, exemplum diuenditum fuiſſe. cf. SCHELHORNII *Amoenitates litterarias* T. 3. p. 168. et T. 5. p. 293. it. *Theophili* SINCERI Nachrichten p. 229. ſq. Hodie tamen raritas huius libri non amplius tanta eſt, quanta olim fuit. Patere hoc dicit VOGTIVS l. c. ex uerbis *Chriſti*. THOMASII in *Cautelis circa praecognit. iurisprudentiae eccleſiaſticae* p. 41. ſq. ap. quem ſequentia leguntur: AMERSBACHIVS *curabat nouam editionem, perſuadens ſibi exinde multas diuitias; ſed miniſterium Tripolitanum, edito ſcripto contra illud opus et* AMERSBACHIVM, *impetrabat eius confiſcationem, donec tandem ante XV. annos, neſcio, quo fato, exemplaria, hactenus confiſcata, iterum publice diſtraherentur.* Recenſetur etiam hoc opus *Gutmannianum* in den Sammlungen von alten und neuen Theologiſchen Sachen 1727. p. 387. ſq. et in *Bibliotheca Chymica Rothſcholtziana* p. 168. ſq. Integrum autem hoc opus nonniſi commentarium, uel potius commentarii duntaxat Sciagraphiam complectitur in cap. 1. Geneſ. quod caput auctor inexhauſtum omnium

ſcientia-

scientiarum Oceanum esse duxit. Eadem, qua GVTMANNVM, ingenii foecunditate praeditum fuisse oportet quondam *Ascanium* MARTINENGVM, quem in glossa magna in cap I. Genes. omnia, quae ad totam rerum naturam pertinent, congessisse refert MORHOFIVS in *Polyhist.* Tom. I. lib. 1. cap. 21. p. 261. Sic *Wilh.* quoque SCHICKARDVS in *Bechinath Happeruschim* p. 141. duorum Iudaeorum meminit, quorum primus super partem aliquam capitis 1. Genes. duo spissa scripserit uolumina, et occasione lucis creatae, totam Opticen, occasione plantarum, totam herbarum doctrinam, occasione animalium, totam Physicam, prodigiosa sane μεταβάσει εἰς ἄλλο γένος, inibi pertractauerit. Alter, occasione astrorum, totam matheſin impertinenter immiscuerit. Alius, nimirum Rabbi SCHEMVEL, filius *Cophni*, ut idem SCHICKARDVS l. c. refert, occasione profectionis Iacobi Genes. 28. v. 10. et *exiuit Iacob*, totum itinerarium, et occasione somnii Gen. 28. v. 12. et *somniauit*, totam ὀνειρολογίαν, et modos interpretandi somnia, docuit.

180 *Ioh. Christoph.* WAGENSEILII tela ignea Satanae. *Altdorfi* 1681.

In quo scripto uarii tractatus a WAGENSEILIO collecti sunt, quos Iudaei contra religionem christianam ediderunt, et tales tractatus WAGENSEILIVS non immerito uocat tela ignea Satanae.

181 *Valentini* WEIGELII Kirchen- oder Hauß-Postill. Neustadt 1617.

182 *Aur. Phil. Theophrasti* PARACELSI Philosophia de limbo, aeterno perpetuoque homine nouo

nouo secundae creationis, per *Ioh.* STARICIVM. *Magdeb.* 1618. 2) Philosophica mystica, darinnen enthalten verschiedene kleine Tractätgen von *Theophrasto* PARACELSO und *Valentino* WEIGELIO. Neustadt 1618.

183-185 Ecclesiae graecae monumenta COTELERII. *Paris.* 1677. 3 Tomi.

186 Acta Concilii Constantinopolitani quarti gr. et lat. per *Matthaeum* RADERVM. *Ingolstad.* 1604.

187 *Ioh.* MABILLONII libri 3. de Liturgia gallicana. Eiusd. disquisitio de cursu gallicano. *Lutetiae Parisior.* 1685.

188 *Ioh. Ludou.* VIVALDI opuscula uaria. *Lugd.* 1508.

189 Canones Concilii prouincialis Colonienſis, sub HERMANNO, Archiepiscopo 1536. celebrati. Item Enchiridion christianae institutionis. *Veronae* 1543.

190. 191 *Matthiae* FLACII catalogus testium ueritatis, (*a*) ex typographia *Anton. Candidi* 1597. 2 Tomi. 2 voll.

(*a*) FLACII catalogus testium ueritatis hac occasione compilatus dicitur. Contexuerat nimirum abbas *Ioh.* TRITHEMIVS catalogum auctorum. Hunc cum uidisset FLACIVS temperare sibi non potuit, quin dissimulata persona et habitu, aliquot in Germania monasteriorum bibliothecas perlustraret, quos commode posset, historicos clam auferret, atque istorum adminiculo librum, qui *catalogus testium ueritatis* dicitur, conscriberet. Haec *Melch.* ADAMI in *uitis Theologorum*, speciatim in uita *Matthiae* FLACII refert.

192 *Bernhardini* OCHINI fünff Bücher seiner Apologen, verteutscht durch Christoff Wirsung (*b*) 1559. sine loco.

